

S. GREGOR.  
MAGNUS.

45. In die ultimo tanto durius Deus districtio-  
nem exeret, quanto nunc vocandis peccatoribus  
suam levius patientiam sternit. *Prosec.*

46. Qui diu convertendos expectat, non conversos  
sine retractione cruciat. Lib. 10 *Moral.*, cap. 17.

47. Quisquis delinquit et vivit, idcirco hunc di-  
vina dispensatio in æquitate tolerat, ut ab iniqui-  
tate compescat. *Prosec.*

48. Sed qui diutius toleratur, nec tamen ab  
iniquitate compescitur, minus quidem supernæ  
patientie percipit, sed reatus sui vinculis ex ipso  
se munere arctius adstringit. *Ibid.*, lib. 17, cap.  
4, num. 3 super illud *Job. xxiv. Dedit ei Deus*  
*locum penitentiae.*

49. Ea quæ Deus diu patienter conspicit, quan-  
doque inulta non deserit. *Prosec.*

50. Nam ecce subito iniquum rapit, et mala  
ejus quæ expectando pertulit, animadvertendo  
rescat. *Ibid.*, lib. 25, cap. 3.

51. Nemo dicat tum humana facta Deum non  
cernere, cum iniquum quempiam iniquitates suas  
libere prospicit cumulare; subito enim tollitur,  
qui diu toleratur. *Ibid.*

52. Dum patientia Dei peccatores ad peniten-  
tiam expectat, ipsi contemnentes, et rapientis dia-  
boli non vident manum, et violentia malitie vio-  
lenter trahuntur in gehennam. *Ibid.*, cap. 3.

53. Tanto sequitur districtior sententia, quanto  
peccanti magna est patientia prerogativa. *Prosec.*

54. Quia divina severitas eo iniquum acrius  
punit, quo diutius pertulit. *Ibid.*, cap. 3.

55. Sepe evenit, ut dum peccatores superna  
clementia expectat, in majorem cordis cæcilitatem  
prosiliant. *Ibid.*

56. Estimatur Deus injuste acta cernere, quia  
differt juste damnare, et magna ejus patientia,  
quasi quondam negligentia putatur. *Prosec.*

57. Iniquus ipse toties se in peccatis suis non  
videri a Deo credit, quoties inulte peccat; emen-  
dare non vult nequitiam, pro qua dignam non  
perfert penam.

58. Qui quo pie expectatus est, eo est ad pec-  
candum nequiter insulgatus, patientie supernæ  
longanimitatem despiciit, unde corrigere culpam  
suam debuit, inde cumulavit. *Ibid.*

59. Nunc peccantem considerat Index, et tole-  
rat, atque ad conversionem singulos, quia dies  
patientie et necdum est dies furoris, expectat.  
*Ibid.*, lib. 15, cap. 19, super illud *Job. xxi. De-*  
*trahitur in die furoris Dei.*

60. Sepe diu divina patientia tolerat, quos jam  
ad supplicia prescrite condemnat: permitti flo-  
rere quos adhuc cernit deteriora perpetrare. *Ibid.*,  
cap. 35, super illud *Job. xxi. Interrogate quenti-*  
*bet de viatoribus.*

61. Redemptor noster tanto tunc in iudicium  
districtior veniet, quanto nobis ante iudicium  
magnam patientiam prerogavit. Homil. 29 super  
*Evang.*

62. Quoniam Dei providentia propter summam  
æquanimitatem et clementiam, haudquaquam  
omnes confesum persequitur: nec malus statim  
post admissa flagitia penis afficitur, ob eam cau-  
sam sibi fas esse putat vir sceleratus diutius pec-  
care, quasi innoxius discessurus; illud miser non  
intelligens, quod etiam post longum a perpetrato  
scelere tempus, Dei sententiam non effugiet. Su-  
per *Eccles.*, cap. viii.

63. Deus differt iram, ut prebeat misericordiam.  
Lib. 9 super *Isaiam*, cap. xxviii, super illud:  
*Quem docebit scientiam?*

64. Grandis clementia Dei, ut expectet nostram  
penitentiam: et donec nos a vitiis convertamur,  
ille potentem contrahit manum, ne ferire cogi-  
tur. *Ibid.*, cap. xxx super illud: *Propterea expec-*  
*tat Dominus.*

65. Multi homines per patientiam Dei se sedu-  
cunt; quia non vult statim punire peccantes, pu-  
tatur enim aut res humanas minime curare, aut  
culpis indulgere, quia differt. Super *Epist. ad*  
*Rom.*, cap. ii, in illud: *An divitiis patientia ejus.*

66. Deus dissimulat peccatum, et penam dif-  
fert, et patientie solatium dilatione ultionis ex-  
pectat, suavem se omnibus prestans. Super  
*Psal. cxlvi.*

67. Patientia Christi longanimitas est, qua mala  
nostra sustinuit, et nos adhuc ad penitentiam  
expectat. Super *Gen.*, cap. 6.

68. Qui non timet hoc quod scilicet expectatur  
ad penitentiam, quanto plus vivit, tanto peior fit.  
Super *Ecclesiasten*, cap. viii.

69. *Unus ex astantibus ministris dedit ei alopam.*  
Quid hoc impudentius? Exhorrescat cælum, con-  
tremisceat terra de Christi patientia, et servi im-  
pudentia. Homil. 82 super *Joan.*

70. Quemadmodum patientia Dei, si qui illa  
probe fuerint usi, salutis occasio: sic vicissim con-  
temporibus majoris supplicii causa est. Serm. 5  
super *Epist. ad Romanos.*

71. Deus longanimitate agit, ut et peccans ad  
penitentiam veniat, et ne ex eo nasciturus salu-  
tem excludat. *Prosec.*

72. Nam etsi peccator incorrigibiliter peccet,  
parcit frequenter radici, ut fructus conservet, fre-  
quenter tamen et ipsius expectans salutem. Ho-  
mil. 80 ad *Popul. Antioch.*

73. Dilatio a Deo proposita, eos qui in nequitia  
permanent, magis gravat, et magna ad damna-  
tionem accessio est. Oral. 5 de *Felo.*

74. Tametsi actus ad ultimum malorum cadat,

S. GREGOR.  
THAUMAZ.

S. HIERON.

JOAN.  
TRITH.

S. ISID. HISP.

LACT. FIRM.

HUGO CARD.

S. JOANNES  
CHRYSOST.

S. LEO I.

differt tamen Deus utiliter expectans penitentis  
subsequens. *Prosec.*

75. Si penitentiam justitia Dei prevenisset, peri-  
risset mundus omnino atque defluxisset.

76. Si relox ad penam fuisset Deus, Paulum  
Ecclesia non possidisset: propterea distulit blas-  
phemantem, ut penitentem ostenderet Dei longani-  
mitas.

77. Lupum in pastorem transtulit Dei longani-  
mitas, publicanum fecit evangelistam Dei longani-  
mitas.

78. Si videris olim ebrium, nunc jejunare: si  
olim blasphemum, nunc theologum: mirare Dei  
longanimitatem. Homil. 5 de *Penit.*

79. Patientia Dei, prolongatio iudicii est. Super  
*Prolog. Regul. S. Bened.*, cap. 2, text. 25.

80. Quanto expectans longanimitas erga te  
fuerit clementior, tanto, si non emendaveris, erit  
iudicantis districtio severior. *Epist. 7 ad Monach.*  
*laps.*

81. Per id deteriorantur plerumque iniqui,  
quod per patientiam Dei spatium accipiunt emen-  
dandi. Lib. 2 de *Sum. bono*, cap. 13, sent. 12.

82. Ille qui nos malos tolerat, non dubium est,  
quin conversis clementer ageretur. *Ibid.*, cap. 15,  
sent. 8.

83. Adeo subjecta est peccato fragilitas carnis,  
qua induti sumus, ut nisi huic necessitati Deus  
per patientiam parceret, nimium fortasse pauci  
viverent. *Prosec.*

84. Propter hanc causam patientissimus est, et  
iram suam continet: nam quia perfecta est in eo  
virtus, necesse est patientiam quoque ejus esse  
perfectam, quam et ipsa virtus est.

85. Quam multi ex peccatoribus justis posteriori  
effecti sunt, ex malis boni, et ex improbis conti-  
nentes: quam multi in prima ætate turpes, et  
omnium iudicio damnati, postmodum tamen lau-  
dabiles extiterunt! quod utique non fieret, si omne  
peccatum pena sequeretur. *De Ira Dei*, cap. 20.

86. Si eos omnes, qui humanam penam effu-  
giunt, censura divina dammaret, esset homo aut  
rarus, aut nullus in terra. *Ibid.*

87. In tanta impietate hominum, tantisque  
peccatis id asequitur patientia Dei, ut se ipsi ho-  
mines damnatis vitæ prioris erroribus corrigant.  
*Ibid.*

88. Cum maxima et utilissima sit Dei patientia,  
tamen quamvis sero nexius punit, nec patitur longius  
procedere, cum eos inemendabiles esse per-  
viderit: idcirco non ad presens noxium quem-  
que punit, ut habeat homo respiciendi sui facul-  
tatem. *Ibid.*

89. Nemo patientiam bonitatis Dei de peccato-  
rum suorum impunitate contemnat: nec ideo il-  
Tom. III.

lum estimet non offensum, quia necdum est ex-  
pertus iratum. Serm. 5 *Quadrag.*

90. Deus cum patitur, dissimulat. In suo  
*Octavio.*

91. Dei patientia maxima est; cuius quantum  
iudicium tardum, tanto magis justum est. *Ibid.*

92. Sicut omnia in mensura feci Deus, et pon-  
dere, et numero: ita etiam patientie ejus certa  
mensura est. Lib. 2 in cap. ii, *Epist. ad Romanos.*

93. Fert Deus patienter et expectat unius cu-  
jusque penitentiam: sed non nos dissolvat hoc,  
et tardos ad conversionem faciat, quia rursus pa-  
tientie ejus, et sustentationis certa mensura est.  
*Ibid.*

94. Deus videt quæ facimus, sed utique expectat  
et patientie tempus indulget. In  
*Pavanesi ad penit.*

95. Patitur patientia Dei non timore, non nec-  
essitate, sed misericordia: expectatione, non metu  
peccatores patitur, portat, expectat, qui re-  
dire impium, non perire desiderat. Serm. 51.

96. Dominus quod non venit adhuc, quod ad-  
huc expectat, quod moras facit, nos sibi redire  
desiderat, non perire. *Ibid.*, serm. 167.

97. Ecce Deus videt et tacet, videt nec mani-  
festat, videt nec iudicat, videt nec vindicat, videt  
et videre dissimulat. Serm. 56, de *S. Martino.*

98. Ne peccatores quidem Deus e vestigio ul-  
ciscitur: sed corrigendi errati ac vitæ in melius  
commutandæ spatium concedit. Hab. apud *D.*  
*Joan. Damasc.*, cap. 100.

99. Patientia Dei magna est, qua parciit con-  
temptus, parciit etiam negatus. Apud *D. August.*,  
sent. 4.

100. Habet benignitatem Deus, per quam ho-  
minum peccata diutius tolerat: quoniam si quando  
viderit homines ex hac sua patientia nihil utilita-  
tis percipere, minis perterret, vindictam procras-  
tinans: si vero etiam hac despecta peccare per-  
gant, statim ultimum supplicium adducit, iusti-  
tiam continens. Super *Psal. vii*, vers. 13: *For-*  
*tis et patiens.*

101. Deus patienter et misericorditer expectat  
peccatorem usque ad mortem, ut miseretur sui,  
si converti velit a via sua mala. *De Divinis mori-*  
*bus*, cap. *Patientia.*

102. Tanta misericordie Dei est sustinere ma-  
lum in malis, ac si mundum conservaret a pec-  
cato, vel eriperet a peccatis. *Ibid.*

103. Lento gradu ad vindictam sui divina pro-  
cedit ira, tarditatemque supplicii gravitate com-  
pensat. Lib. 1 *Dictor. memorabil.*, cap. 2.

## PATRIA.

*Etymologia.* Patria dicta est, quasi patris atria.  
Super *Psal. xcvi.*

MINUT.  
FELIX.

ORIGEN.

S. PAVIAN.  
EPISC. BAR-  
CINON.S. PETRUS  
CHRYSOS.S. PETRUS  
DAMIANUS.

PHILO JUD.

S. PROSPER.

S. THEODOR.

S. THOMAS  
AQUINAS.VALERIUS  
MAXIMUS.

CASSIODOR.



- HUGO CARD.** Patria dicitur a patre, quasi patre a : ergo Pater noster super celestis est, patria nostra cœlum. *Super Epist. ad Hebr.*, cap. XI.
- S. AMBROS.** 1. Si ibi est patria, ubi genitale domicilium, in cœlo profecto est patria castitatis : itaque hic advena, ibi incola est. *Lib. 1 de Virginitatibus.*  
2. Dum deseris patriam, profliteris non in ea esse digno, quorum maritis adjuveris. *Serm. 35 de Barbaris non timendis.*  
3. Nulla patria verior est, quam fides, quos eam qui longe sunt, prope esse facit, et advenas atque peregrinos civitatis supernæ jure connectit. *Super Psalm. cxviii, serm. 17.*
- S. AUGUST.** 4. Consideremus quas sit patrie celestis pulchritudo, suavitas atque dulcedo. *De Spirit. et anima*, cap. 49.  
5. Dulcis est una patria, et vera una patria, sola patria : præter illam quidquid nobis est, peregrinatio est. *Super Psalm. lxi, vers. 4.*  
6. Cui peregrinatio dulcis est, non amat patriam : si dulcis est patria, amara est peregrinatio. *Super Psalm. lxxv, vers. 6.*  
7. Odit valde patriam ille, qui putat sibi bene esse cum peregrinatur. *Super Psalm. xciii.*  
8. Mutat homo patriam, et aliquando in peregrinatione illi bene est : invenit amicos fideles peregrinando, quos in patria invenire non potuit, et cum peregrinatur, invenit quod non habebat in patria. *Super Psalm. cxix, vers. 5.*  
9. Patria Jerusalem ubi omnes boni, qualis patria? magna patria, et miseri sunt peregrini ab illa patria. *Ibid.*  
10. Qui peregrinatur et per fidem ambulat, nondum est in patria, sed jam est in via : qui autem non credit, nec in patria est, nec in via. *Super Psalm. cxxiii.*  
11. Excelsa est patria, humilis via, patria est vita Christi, via passio Christi : qui recusat viam, quid querit patriam? *Tract. 28 super Evang. Joan.*, cap. vii.  
12. Patrie celestis possessor nemo efficitur, nisi qui de terrenæ patrie contentione securus habetur. *De Duodecim abusivis*, cap. 7.  
13. Patria bona, patria celestis, patria cum populis angelorum, patria ubi nullus moritur, quod nullus hostis admittitur. *Serm. 1 Dom. 23 post Trinit.*  
14. Non desiderat patriam peregrinatio sine lacryma; qua fronte ad patriam venit, qui absens non suspiravit? *Serm. de Pteris. mart.*  
15. Inhumanum est patriam deserere, patriam despiciere, vel in ea nolle habitare. *Serm. 44 ad Fratres in eremo.*  
16. Tollantur omnia vana, convertantur ho-

mines, tunc patriam tuam florentem videbis. *Epist. 102.*

17. Si redire in patriam voluit, ubi beati esse possumus, utendum est hoc mundo, non fruendum. *Lib. 1 de Doctr. christ.*, cap. 4.

18. Pertinet ad virtutis officium, et vivere patrie, et propter patriam. *Lib. 19 de Civit. Dei*, cap. 1.

19. Non propterea pro patria est miles armatus, quia contra patriam nonnulli arma susceperunt. *Lib. 1 contra Crescon.*, cap. 1.

20. Ardenter desideremus propriam patriam, peregrinationem toleremus, non amemus. *De Cantico novo*, cap. 2.

21. Currite velociter rectam viam, ipsa enim vos perducit ad patriam, cujus cives angeli sunt. *Ibid.*, cap. 10.

22. Ille se intelligit peregrinantem, qui se videt patrie suspirantem. *Tract. 28 super Joan.*

23. Celestis patria, que sursum est, hostem non timet. *Ibid.*, tract. 30.

24. Currimus, et ad patriam currimus : et si nos perventuros desperamus, ipsa desperatione deficiamus. *Tract. 1 super Epist. Joan.*

25. Ille qui nos vult pervenire, ut conservet in patria, pascit in via. *Ibid.*

26. Homo currat modo, ut aliquando in patria lætetur. *Ibid.*, tract. 9.

27. Melius nobis est in via brevi tempore laborare, ut postea in patria possimus ad æternum gaudium feliciter pervenire. *Homil. 25 ex lxxi Homil.*

28. Hic ipse locus, quem tu exilium vocas, incolentibus patria est. *Lib. 2, de Consolat. philos.*, proœ 4.

29. Elongationem patrie facit elongatio viae : tanto namque longius distat patria, quanto longius via. *Proœc.*

30. Si salus est patria, virtus est via : sicut enim per virtutem pervenitur ad salutem, sic per viam pervenitur ad patriam. *Expos. 2, super Psalm. cxviii*, cap. 10, vers. 14, art. 2.

31. Via ad patriam potissime in duobus consistit : scilicet in perfecta cognitione Christi per fidem et perfecta imitatione per crucem. *Super Luc.*, cap. ix.

32. Ad patriam superiorem, non nisi per meatus difficiles armati milites revertuntur. *Se Stella et Magis*, cap. 2.

33. Niniim ingratus est liberatori, qui in patria degens, loquitur dolore captivi. *Homil. in Litanis.*

34. Beata patria, de qua superbientes ejeti sunt. *Super Jone*, cap. 13.

35. Naturale est natale suum diligere, et nihil patrie dulcius. *Super Hierem.*, cap. 7.

**S. GREGOR. MAGNUS.**

36. Aliquando contingit, ut qui solam celestem patriam diligunt, terrenæ patrie curis subjacere videantur. *Lib. 18 Moral.*, cap. 25, num. 29.

37. Cum justus æternæ patrie quanta sit dulcedo considerat, pro ea præsentis vite amaritudines ardentem amat. *Ibid.*, lib. 7, cap. 6.

**S. HIERON.**

38. Bona via est, qua ad supernam patriam tenditur : et recta, qua facili pervenitur. *Lib. 5 in 1 Reg.*, cap. ii, super illud : *Et docebo vos viam bonam.*

39. Non solum quid agatur in patria, sed an ista patria persistat ignoro. *Epist. 37, ad Julian.*

40. Tu vagaris in patria, imo non patria, quia patriam perdidisti. *Epist. 46, ad Rustic.*

41. Ad patriam redire, monachorum tentatio est. *Epist. 52, de Vita Malachi.*

42. Nos ad patriam festinantes mortiferos syrenarum cantus surda debemus aure transire. In præfat. super *Josue*.

**HUGO A S. VICTORE.**

43. Justitia via est, beatitudo patria. *Homil. 10 super Eccles.*

44. In celesti patria est vita sine morte, juvenus sine senectute, sanitas sine infirmitate, requies sine labore, gaudium sine tristitia, pax sine bello, delectatio sine fastidio, lux sine tenebris, pulchritudo sine turpitudine, agilitas sine ponderositate, fortitudo sine imbecillitate, libertas sine servitute, voluptas sine anxietate, longævitas sine vite termino, sapientia sine insipientia, amicitia sine inimicitia, concordia sine discordia, honor sine dedecore, securitas sine timore. *Lib. 4, de Anima*, cap. 16.

**BORTHUS.**

45. Si quis ad patriam celestem velit celeriter pervenire, per viam dilectionis ambulare debet. *Lib. 1 Contemplat.*, cap. 47.

**S. JOANNESE GREGYOSY.**

46. Si patria quis expulsus sit, ab omnibus miserabilis judicatur. *Homil. 23, super Epist. ad Hebr.*

**JOAN. GERS.**

47. Patria dulcedo cunctos allicit. *Serm. 1 de Omnibus sanctis.*

**JOAN. TRITH.**

48. Minus patriam suam amare convincitur, quisquis pulchritudine exili delectatur. *De Vanit. et miser. hum. vitæ*, cap. 1.

**S. JERON. HISP.**

49. Ad celestem patriam venire non poterit, qui terrestris patrie voluptates non contemnit. *Ibid.*

50. Sanctis in hoc mundo tabernaculum non est, quibus patria et domus in cœlo est. *Lib. 3 de Sum. bono*, cap. 16, sent. 4.

51. Ecce patriam quisque querit, sed viam perdidit : errando graditur, non proficiendo : quantoque plus ambulat, tanto magis a patria quam querit, elongatur. *Lib. 1 de Sum. bono*, cap. 47, sent. 5.

**LEDOVICUS.**

52. Patria celestis, patria claritatis est æterna,

patria semper florens, patria semper amantissima. *In Speculo spirit.*, cap. 14.

53. Si fortis est animo patria deserens, a patria non recedit. *Tract. de Hierosol. peregrinat.*

54. Exilium reputat patriam, cui omne solus patria est. *Lib. 4, epist. 10, ad Thomam Cantuariens. archiepis.*

55. Bonus vir nullam privatim in orbe habet patriam, quippe qui hereditatem habet non unam quamquam regionem, sed mundum universum. *Lib. 4, de Vita Moisi.*

56. Omnibus mortalibus a natura inditus est amor patrie, et legitum patriarum religio. *De Legat. ad Cætan.*

57. Mihi patria, quatenus quidem patria est, longe est clarissima. *Epist. 138, ad Herculian.*

**SENTENTIA PAGANORUM.**

58. Quoniam sunt omnia commoda a patria accepta, nullum incommodum pro patria grave putandum est. *Lib. 4 de Arte rhet.*

59. Patria communis est omnium nostrum patris. *Orat. 19, pro Cætilia*, num. 17.

60. Ipsa patria dici vix potest, quid voluptatis habeat : que carendo magis intelligitur, quam fruendo. *Orat. 27, ad Quirites.*

61. Patria est, ubicunque est bene. *Lib. 5, Tus. quest.*, num. 108.

62. Nihil est amenius unicuique patria sua. *Lib. 2 de Legibus.*

63. Tanta charitas est patrie, ut eam non sensu nostro, sed salute ipsius metiamur. *Lib. 4, Tus. quest.*

64. Cum regio sit patria, majori studio et diligentia colenda est, quam mater a liberis. *Sizygio 4, lib. 5, de Legibus.*

65. Ubi homines jucundius morantur, quam in patria? *Lib. 4, epist. 43, ad Cornelian. Tact.*

66. Patriam nobis mundum professi sumus, ut liceret latiore virtuti campum dare. *De Tranquillit. animi*, cap. 3.

67. Carere patriam, intolerabile est. *De Consol. ad Helviam*, cap. 6.

68. Nemo patriam, quia magna est, amat, sed quia sua. *Epist. 66.*

69. Homini patria est, quodcumque supernæ universæ circuitu suo cingit. *Epist. 102.*

70. Non sum uni angulo natus : patria mea totus hic est mundus. *Epist. 28.*

71. Non es in patria tua : patria tua est ubicunque bene es : illud enim per quod bene es non est in loco, sed in homine. *De Moribus.*

72. Nulla tera exilium est, sed altera patria est : non eris in patria : patria est ubicunque bene es. *De Remed. fortuit.*

73. Aqua virtutis est, et bona patrie auxisæ,

**BLOSSIUS.**

**PETRUS MLESSENS.**

**PRTR. CELL.**

**PHILO JUD.**

**S. SYNTHESIS EPISC.**

**CICERO.**

**VERBA PLAT.**

**PLATO.**

**PLINIIUS II.**

**SENECA.**

**VALERIUS.**



**MAXIMUS.** et mala in se transferre voluisse. Lib. 4, *Dieter. memorabil.*, cap. 5.  
Vide etiam tit. *Exemplum*, sent. 47; *Exilium*, sent. 12, 39; *Paradisus*, sent. 11; *Peregrinatio*, sent. 29, 34; *Via*, sent. 35.

## PAULI ENCOMIA.

**HUGO A S. VICTORE.** *Etymologia.* Paulus nomen appellativum est apud Hebræos et Græcos, et Latinos: non tamen eadem terminatione. *Prosec.*  
Apud Hebræos dicitur mirabilis vel electus, apud Græcos quietus, apud Latinos modicus. Super *Epist. ad Rom.*, in quæst.

## SENTENTIÆ PATRUM.

- S. AUGUST.** 1. Christum in suis persecutus est Paulus, sed ad ejus vocem cecidit et surrexit: aliter cecidit, aliter surrexit: cecidit persecutor, erectus est prædicator. *De Tempore barbarico*, cap. 8.  
2. Cecus factus est Paulus, ut interiore luce cor ejus fulgeret: exterior lux ad itempus subtracta est persecutori, ut interior redderetur prædicatori. *Serm. 1, Convers. S. Pauli.*
- CASSIODOR.** 3. Paulus prius ingens atque arduus persecutor Ecclesie, rigatus aqua spirituali, quam fecundus fructus probatus est edere christianis! Super *Psalm. ciii*, vers. 4t: *Rigans montes.*
- S. FULGENT.** 4. Quisquis malus est, cum Paulo prosternatur in malo, cum eo erigatur in bono. *Prosec.*  
5. Quoniam et ille cecidit malus, et surrexit bonus: prostratus est iniquus, et erectus est justus.  
6. Cecidit sævissimus persecutor, et surrexit veridicus prædicator.  
7. Cadens lumen corporis impius perdidit, surgens autem lumen cordis iustificatus accepit. *Serm. 4, de S. Stephano.*
- GLOSS. ORD.** 8. Tanto libentius Christus in Paulo requievit, quanto pro ipso durissimos labores toleravit: tanto arctus amplexus est, quanto ab illius amplexu nullo terrore avulsus est. Super *Deuter.*, cap. xxxiii.
- GREGOR. MAGNUS.** 9. Paulus gelu erat, sed gelu hoc in aquam reddiit: quia quos persequendo prius premere studuit, hos postmodum fluentis sancte exhortationis infudit; ut tanto uberior electorum messis crurgeret, quanto hanc imber Dei etiam ab ore persecutoris irrigaret. *Lib. 27 Moral.*, super illud *Job xxxvii*: *Flante Deo concrevit gelu.*
- S. GREGOR. NAZ.** 10. Paulus fortissimus fuit athletarum Christi. *In Apologet. de fuga sua.*
- HUGO CARD.** 11. Tanta gratia erat concessa Paulo, ut ubique esset, per Spiritum sanctum cognosceret quid alibi gereretur ab his quibus evangelizaverat. Super *I Cor. 5.*
- S. JOANNES.** 12. Paulus terram ac mare, Græciam simulque

- Barbariam, omnemque prorsus, quanta est sub celo, regionem quasi volitans circumvixit, peccatorum spinas evellens, et verbum seminans ubique pietatis, fugans errores, veritatem reducens, ex hominibus angelos faciens quin immo ipsos homines, quasi ex demonibus in angelos provehens. *Homil. 1, de Laud. D. Pauli.*
13. Ostendamus eum bona omnium possidentem: sive enim propheta potentius aliquid in se ostenderint, magisque mirabile, sive patriarche, sive justi, sive apostoli, sive martyres: hæc omnia simul colligens Paulus habet cum tanto cumulo, cum quanto nullus eorum bonum, quo excellabat, implevit. *Ibid.*
14. Paulus in terra gradiens sic se agebat in cunctis, quasi angelorum societate frueretur: nam passibili adhuc colligatus corpori, illorum perfectione gaudebat, tantisque fragilitatibus subditus, in nullo inferior superis virtutibus apparere cernat. *Ibid.*
15. Admirabile hoc est in Paulo, cum ex terrena lingua sermo proliens mortem fugat, peccata dissolvit, tenebras cæcitatibus illuminat, et mutatione mirifica terram convertit in cælum. *Ibid.*
16. Nemo ita dilexit inimicos, sicut Paulus: nemo erga insidiatores suos tam beneficus fuit, nullus pro afflictioribus suis tanta perperussus est. *Ibid.*, homil. 3.
17. Sicut missum in ignem ferrum, totum ignis efficitur: sic Paulus charitate succensus, totus factus est caritas. *Ibid.*
18. Paulus vere secundus Abel, non solum semel, sed per dies singulos immolatus. *Prosec.*
19. Paulus alter Noe, sed absque arca insurgentes adversus se undas impietatis enavigans.
20. Paulus alter Abraham, non modo a patria vel gente, sed post vocationem suam ab ipsa etiam vita prorsus abscessus.
21. Paulus alter Isaac sponte in hostiam colligatus.
22. Paulus alter Jacob, quasi pro uno quodam totius mundi grege semper evigilans.
23. Paulus alter Joseph, spirituali fame tabescenti mundo veritatis alimenta distribuens.
24. Paulus alter Moyses, qui omnes gentes a tyrannide diaboli reduxit ad Christum.
25. Paulus alter Aaron, totius mundi populus inunctus sacerdos.
26. Paulus alter Phinees impietatem Judæorum atque Gentium, quasi fornicationem mentium uno fidei mucrone confodiens.
27. Paulus alter David, qui velut quemdam Goliath in certamine diabolum provocat.
28. Paulus alter Helias clarius raptus in caelos.

29. Paulus alter Helisæus, qui Gentes ab interiore lepro pollutione mundavit.
30. Paulus alter Ezechias, qui ad unam fidem Christi diversos populos attraxit.
31. Paulus alter Josias, qui abominaciones Gentium dissipavit ac perdidit.
32. Paulus alter Joannes, pro Christo capite truncatus.
33. Paulus alter Petrus, non de celo vocatus ad credendum.
34. Paulus alter Gabriel, qui Christi ortum cunctis gentibus nuntiavit.
35. Paulus alter Michael, qui christianorum dux esse sortitus est; etiamsi angelorum, etiamsi justorum hominum circumvolet choros, non invenio comparationem; cui non tamen cumulo meritorum Paulus occurat. *Ibid.*, homil. 8.
36. Nihil illa beata anima Pauli mansuetius, nihil dulcius, nihil amantius. Super *Epist. ad Galat.*, cap. iv.
37. Beatus Paulus terrestris angelus, et celestis homo, vocatus apostolus, sancti Spiritus receptaculum factus, zelo incomparabilis, charitate magnus, Ecclesiarum Dei, sollicitus curator, orator pietatis, imbecillum deductor, credentium pronubus, Judæorum redargutor, post mortificationem doctor, et post mortem præco. *Homil. 22 ad Pop. Antioch.*
38. Beatus Paulus Doctor est gentium, lingua orbis, nihilque mittens pro salute discipulorum *Hom. 3 super Gen.*
39. Beatus Paulus tot rebus præclare gestis, insignis et quasi angelus terris affulgens, quotidie studebat lucrari, et pro veritate stare in acie contra pericula, et sibi colligere spirituales merces, et semper progredi. *Ibid.*, homil. 11.
40. Considera Paulum apostolum, prius persecutorem, postea annuntiatorem; prius pervasorem, postea dispensatorem; ante hoc zizanias, post hoc frumentum; ante lupum, postea pastorem; ante plumbum, postmodum aurum; ante piratam, postea gubernatorem; ante dispersatorem ovium, postea dispensatorem Ecclesie; primo evellentem vineam, postea plantantem; prius dissipantem, postea edificantem. *Hom. 2 super Psalm. 1.*
41. Sive propheta potentius in se aliquid ostenderit, magisque mirabile, sive patriarche, sive justi, sive apostoli, sive martyres: hæc omnia simul colligens Paulus habet cum tanto cumulo, cum quanto nullus eorum bonum, quo excellabat, implevit. *Hom. 1 de Laud. D. Pauli.*
42. Quis Paulus potest æquari, qui non modo patriam, cognatos ac domum, sed seipsum quoque ac mundum reliquit, immo etiam caelum

- coeli, et hæc omnia Christum suscipiendo descepit? *Ibid.*
43. Quænam illa est adamantina prorsus anima, que Pauli patientiam possit imitari? Neque enim bis septem annorum, sed totius vite servitium pro sponsa pertulit Christi: non adustus solum estu diei et noctis gelu, sed tentationes mille perpetuens. Et nunc quidem verberatus, nunc vero lapidibus cæsus atque collisus: et nunc quidem cum bestiis, modo autem fluctibus pugnavit, et inter certamina ubique resiliens, captus oves ex diaboli faucibus extraherat. *Ibid.*
44. Paulus constrictus carcere, habitabat caelum, ac libentius verbera excipiebat et vulnera, quam alii bravia diripiunt. *Ibid.*, hom. 2.
45. Posside charitatem Pauli, et perfectam adipisceris coronam: per ipsam enim ille ad tam caelum perfectionis culmen ascendit, nihilque umo ita dignum Deo, sicut virtus præstitit charitatis. *Ibid.*, hom. 3.
46. Quid os istud Pauli sanctum non effecit? demones expulit, peccatorum nexu resolvit, tyrannos compescit, Philosophorum linguas obturavit, orbem Deo adduxit. *Serm. 32 super Epist. ad Rom.*
47. Eos, qui laudes Pauli audire cupiunt, prius virtutis Pauline æmulos esse oportet, deinde hoc se sermone dignos judicare. *Orat. Calendis habita.*
48. Hic est Paulus, qui Christi vobiscum inclamatus e celo, oculis Judaice infidelitatis obtusis, videndi aciem non perdidit, sed mutavit. Amisit oculos, et recepit: ut uno eodemque tempore, et in persequente cæcitatibus vindicta procederet, et vocantis Dei gratia illuminaret electum. *Hom. 1, in Natali SS. Petri et Pauli.*
49. Hic est Paulus, qui pro suarum remuneratione virtutum, ultra humana merita, tertium raptus ad caelum, secreta celestia cognovit: ut Ecclesiarum futurus doctor, inter angelos discederet quod inter homines prædicaret. *Ibid.*
50. Saulum Deus flagellat, ut eum recipiat: excæcat, ut illuminet; prosternit, ut erigat: affligit, ut sanet; debilitat, ut confirmet. *Tract. de Convers. beati Pauli.*
51. Saulum potestas humiliat, misericordia levat: perversum potestas corripit et convertit; conversum misericordia consolatur et erigit. Potestas timorem incutit, et tremorem: misericordia consolationem exhibet, et exultationem. *Ibid.*
52. Quod Paulus Christum imitatus sit, nulli dubium est: Christus enim se pro nobis subdidit mundo, se ipse pro Christo. *Prosec.*
53. Christus pro nobis contumelias passus est, et hoc ipse Paulus pro Christo: Christus pro no-

MAXIMUS  
EPISCOPUS.PETRUS  
EPISCOPUS.

SALVIANUS.



bis passionem mortemque toleravit, et hoc ipse pro Christo. Lib. 3 *De Gubern. Dei*.  
**THOMAS A KEMPIS.** 54. Jam non est in orbe Ecclesia, quæ B. Pauli non fulciatur doctrina sub pace antholica : confutit Judæos, Gentiles convertit, Barbaros subjugavit, philosophos confutavit, et omnes pariter ad fidei lumen traxit. *Modi. 4 de Invariat.*, cap. 24.

**HUGO CARD.** *Etymologia.* Dicitur pauper, quasi parum habens in pera. Super *Psaln.* xl.

**SENECA.** Paupertas non per positionem, sed per detractionem dicitur, vel, ut antiqui dixerunt, per orationem : Græci dicunt *κατ'έκρησιν*, non quod habeat dicitur, sed quod non habeat. *Epist.* 87.

**SENECA.** *Definitio.* Nihil aliud est paupertas, quam parvi possessio. *Epist.* 87.

**S. DONAV.** *Divisio.* Quinque sunt genera paupertatum : primum est infelicitatis, secundum cupiditatis, tertium superfluitatis, quartum calliditatis, quintum voluptatis : sub primo genere est egenus, sub secundo avarus, sub tertio prodigus, sub quarto paries dealbatus ; sub quinto, vere religiosus. Super *Psaln.* xxxii.

Prima paupertas est misera, quia flagellat ; secunda noxia, quia negat : tertia ventosa, quia inflat ; quarta dolosa, quia dissimulat : quinta gloriosa, quia consummat.

**HUGO CARD.** Quadruplex est paupertas : prima est paupertas census, secunda, paupertas sensus, tertia, paupertas fructus, quarta, paupertas spiritus. Super *Cant.*, cap. iv.

Prima est onerosa, secunda probrosa, tertia criminosa, quarta gloriosa.

Prima est sustinenda per patientiam ; secunda supplicanda est per sapientiam ; tertia fugienda est, quia ducit ad ignominiam ; quarta amplectenda est quia ducit ad gloriam. *Ibid.*

**S. JERON.** *Differentia.* Egenus, pauper et inops inter se differunt : egenus dicitur, qui aliquid habet, et aliquid indiget : pauper dicitur, qui nihil habet : inops, id est, sine ope. Super *Psaln.* xxxix, vers. penultimo : *Egenus et pauper sum.*

**S. ISID. HISP.** Inter pauperem et paupertatem hoc interest, quod pauperis damnum est, paupertas quod nihil habet. Lib. 4 *de Differentiis*, differant. 84.

**S. AMBROS.** 1. Nemo pauper nascitur, sed fit : non enim naturæ pauperas, sed opinionis est. Lib. 10, *epist.* 82, *ad Vercellent. Eccles.*

2. Unum est paupertatis vocabulum, sed non una mens pauperum : quia non idem est gaudere de bene impensis divitiis, quod aut genere non acquisitis, aut dolere de perditis. *Ibid.*, *epist.* 84, *ad Demetriad.*

3. Pauperes sunt thesauri Ecclesiæ. Lib. 2 *Offic.*, cap. 28.

4. Mensa Domini est paupertas, mensa diaboli est prosperitas. *Serm. Domi. 1, post Trinit.*

5. Liquido constat beatum pauperem illum prædicari, qui mente philosophi laborem et ærumnam perfert, fortiterque et constanter adversos tolerat casus. *Hom. de Divite et Lazaro.*

6. Pauperes et divites Deus de uno limo fecit, et pauperes et divites una terra supportat. *Tract. 6 super Evangel. Joah.*, cap. 1.

7. Pauper humilis appellatur, qui cum egenus foris cernitur, nunquam in superbiam elevatur. *De Duodecim abusum.*, cap. 8.

8. Paupertas difficultas est. *Serm. 5 de Verbis Dom.*

9. Dives et pauper duo sunt sibi contraria, sed iterum duo sunt sibi necessaria : nullus indigeret, si invicem supportarent ; et nemo laboraret si se ambo juvarent. *Prose.*

10. Dives propter pauperem factus est, et pauper propter divitem : pauperis est rogare, et divitis erogare. *Ibid.*, *serm.* 25.

11. Fœcundus est ager pauperum, cito reddit donantibus fructum. *Ibid.*

12. Via cæli est pauper, per quam venitur ad Patrem : incipe ergo erogare, si non vis errare. *Ibid.*

13. Pauper pauper est in arca, sed dives est in conscientia ; pauper est in domo, sed dives est in animo. *Hom. 8 ex lxx Homil.*

14. Licet pauper nudus sit, licet famelicus, licet miser appareat, licet doleat, licet erubescat, non tamen expellendus est pauper. *Serm. 44 ad Fratres in eremo.*

15. Da pauperi unde habes, ut vivas semper sine labore securus. *Tract. 49 super Joannem.*

16. Noli extendere te, cum sis pauper, contra divitem. *Ibid.*, *tract.* 84.

17. Forte contemnebas nescio quem pauperem, noli contemnere Christum in terra egentem. *Homil. 8 ex lxx Homil.*

18. Hoc magnis datur, quod pauperibus non erogatur. *Ibid.*, *hom.* 48, cap. 2.

19. Christus dicit se accipere quod pauperibus datur. *Ibid.*, *hom.* 47.

20. Paupertas cum sufficientia, omni fruiioni ac voluptati a modestis præfertur. *Hom. 7 in Hezum.*

21. Nullam turpitudinem paupertas parit. Super *Psaln.* xiv, conc. 4, vers. 6.

22. Paupertas animæ major, quam corporis extat. In suis *Proverbiis*, verbo *Paupertas*.

23. Res pauperum non pauperibus dare, par sacrilegii crimen esse dignoscitur. *Prose.*

S. ANTONIUS DE PADUA  
S. ASTERIUS

S. AUGUST.

24. Sane patrimonium pauperum, facultates Ecclesiarum sunt, et sacrilega eis crudelitate surripitur, quidquid sibi ministri et dispensatores, non utique Domini vel possessores, ultra victum accipiunt et vestium. In *Declamat.*

25. Pauper qui nihil habet, vellet dare pauperi et nihil habet quod det : et vellet edificare hospitalia, non tamen habet, voluntas pro facto reputatur. *Serm. 5 in Hezum.*

26. Si qua reprehensibilia in pauperibus videmus, non debemus despiciere : quia fortasse quos morum infirmitas vulnerat, hos medicina paupertatis sanat. Super *Luc.*, cap. 17.

27. Magis est laudandum pauperulum tugurium cum securitate, quam dives palatium cum timore. *Serm. 2 de Cathedra S. Petri.*

28. Paupertas castigat, purgat, probat, humiliat, et exaltat. In *Apolog. pauper.*, resp. 3, cap. 3.

29. Paupertas habet tria bona : vitam securissimam, mentem quietissimam, vestem nobilissimam. *Tit. 4 Divite*, cap. 3.

30. Manus pauperis gazophylacium Christi est : quidquid accipit, ne in terra pereat, in celo reponit. *Hom. 2.*

31. Vere divites sunt, paupertas cupiditatum. Lib. 2 *Pedagogi*, cap. 3.

32. Pauperes sunt, qui habent paupertatem, et illam diligunt : aut qui habent divitias, et paupertatem amant, sed divitias contemnant. In *Speculo Eccles.*, cap. 16.

33. Ego puto quod Deus pauperes in hoc mundo esse permisit, ut in pauperibus divitum fidem probaret. *Hom. 40 ad Monach.*

34. Quid damnationis erit spoliasse pauperem, quem summum crimen est non pavisse? *Ibid.*

35. Noli despiciere pauperem, qui cum sibi pauper sit, facere divitem possit. *Ibid.*

36. Ubi est paupertas cum lætitia, ibi nec cupiditas nec avaritia. In suis *Opus. in Admonit. ad Fratres*, cap. 26.

37. Cum pauperem quis premit, sibi gravissimum pondus imponit : nec attendit, quia si quid de paupere cogitat, de seipso cogitat ; sibi enim bonum impendit, quando pauperi bonum facit. Si autem malum cogitat facere pauperi, plus nocet sibi, quam pauperi. *Serm. de Verbis Michææ.*

38. Ille pauper est, qui eget eo quod non habet : nam qui non habens, habere non appetit, dives est. *Prose.*

39. Paupertas in inopia mentis est, non in quantitate possessionis : nam cui in paupertate bene convenit, non est pauper. *Homil. 48 super Eszech.*

40. Paupertas mentibus bonis esse solet custos humilitatis. Lib. 1, *Dialogi*, cap. 9.

S. DONAV.

S. CESARIUS ARELAT.

CLEMENS ALEX.

S. EDMUND.

S. EUSEBIUS EMIS.

S. FRANCIS ASSISIENSIS.

S. FULGENT.

S. GREGOR. MAGNUS.

V. HEDD.

S. BERNARD.

41. Cum quolibet pauperes nonnulla reprehensibilia perpetrare conspicias, nolite despiciere : quia fortasse quod superfluitat tenuissimas pravitatis inquinat, caminus paupertatis purgat. *Prose.*

42. Pauper cum reprehensibilis cernitur, moneri debet, et despicit non debet : si reprehensio nihil habet, venerari summopere, sicut intercessor, debet. *Homil. 40, super Evang.*

43. Si is qui pauperem ignominia afficit, exasperat eum qui illum fecit : is iliam factorem honorat, cum inopem fovet. *Orat. 17, de Paupertate.*

44. Si quis pauper est, in Deo sit dives, et ut divites rideat ; quia semper acquirit, et semper egent. *Orat.* 25.

45. Ne pauperes deterioris esse conditionis inveniantur, cum non habent, ut cum divitibus decerent ; nihil est penes Deum tam magnum, quod non et pauper prestare possit. *Orat. 3, de Sancto Iacobo.*

46. Natus in paupere domo, et tugurio rusticano, qui vix millio, et cibario pane rugientem saturare ventrem poteram, nunc similes et mollia fastidio. *Epist. 2, ad Nepotian.*

47. Pars sacrilegii est, rem pauperum dare non pauperibus. *Epist. 26, ad Pammach.*

48. Multis nomen pauperum occasio avaritiæ est. *De Vita Hilarionis.*

49. Vacuus victor et nudus non timet latronis insidias. *Epist. 1, ad Demetriadem.*

50. Humilitatis locus est paupertas. Lib. 2, *de Claustro animæ*, cap. 5.

51. Quidquid fit pauperi, sive bonum, sive malum, fit ipsi Christo, qui est factor et pater pauperum. Super *Prov.*, cap. xvii.

52. Deus non tam fecit divites propter pauperes, quam pauperes propter divites : quis plus proficit divitibus quod distribuit, quam pauperibus quod accipit. *Serm. 1, de S. Laurent.*

53. Est terribilior pauperis igne, et gravius urere consuevit : sed si paupertatem eum gradiarum actione sustinueris, ignis extinguitur. *Homil. 4, super Math. Oper. perf.*

54. Solemnis dies et festus prudenti, pauperis est. *Ibid.*, *homil.* 84.

55. Non potest dives esse, qui animo pauper est : sicut nec pauper esse potest, qui animo dives est. *Ibid.*

56. Cogita nullam utilitatem esse pœnniæ, si animus paupertate deprimitur : nec paupertatis ullum onus, si animus dives existit. *Ibid.*

57. Pauper magna paupertatis propagatione defenditur, quem nullus rux, nullus imperator vincere possit. *Ibid.*, *homil.* 84.

S. GREGOR. NAZ.

S. JERON.

HUGO A S. VICTORE.

HUGO CARD.

S. INNOC. III.

S. JOHANNES CHRYSOST.



58. Paupertas semper secunda est. Homil. 30, super *Matth. Oper. imperf.*  
 59. Gloriosior est paupertas fidelium, quam divitiis peccatorum. *Ibid.*, homil. 45.  
 60. Non propter utilitatem pauperum Deus divitem fecit, quos sine divitiis poterat sustentare, sed propter utilitatem divitum pauperes fecit. *Ibid.*, homil. 46.  
 61. Non is pauper est, qui nihil possidet, sed qui multa concupiscit. Conc. 2, de *Lazaro*.  
 62. Quemadmodum actores in scena, regum ac ducum personas, et aliorum assumentes ingrediuntur, cum ipsi nihil horum sint: sic in presenti vita paupertas ac divitiis nihil aliud sunt quam personae. *Ibid.*  
 63. Paupertas, continentiae et fortitudinis, et omnis sapientiae magistra est. Homil. 75, super *Jocn.*  
 64. Justus nullum ex paupertate damnatum accipit. Homil. 29, super I. *Cor.*  
 65. Constare sine pauperibus civitas non potest, quia pauperes civitatibus, velut tutelaria quaedam numina sunt. *Ibid.*, homil. 34.  
 66. Christianus in pauperie constitutus, magis quam in divitiis irradiat. Homil. 3, super *Epist. ad Hebr.*  
 67. Maximum bonum est paupertas vigilantioribus. *Ibid.*, homil. 18.  
 68. Magna possessio est paupertas sapienter ipsam ferentibus; thesaurus, qui nequeat auferri, baculus firmissimus, inculpabilis possessio, diversorium ab insidiis tutum. Homil. 2, ad *Populum Antioch.*  
 69. Magnanimo pauperies nunquam nocet. *Ibid.*, homil. 45.  
 70. Pauper est avarus dives; et quanto ditior est, tanto pauperior existit, paupertate quae revera paupertas est. Homil. 25, super I. *Cor.*  
 71. Hic est dives, qui dives esse non vult: qui pauper esse renuit, hic est qui pauper est. *Prose.*  
 72. Pauper est, qui paupertatem ferre non potest: sed in divitiis se pauperiorum pauperiorum esse putat, non ille qui pauperiem, quam divites opulentiam fert letius; hic enim est ditior. Hom. 65, ad *Populum Antioch.*  
 73. Honestas paupertas opibus inique partis antecellit: est grave est paupertate laborare, at gravius est inique comparatis opibus affluere. Lib. 1, *Parall.*, cap. 26.  
 74. Inopes nascimur in hac vita, inopes recessuri sumus de hac vita. Lib. 2 de *Sum. bono*, cap. 41, sent. 8.  
 75. Nihil paupertate tutius, nihilque tranquillius esse testantur philosophi. Lib. 6, de *Divin. inst.*, cap. 12.

S. JOANNES DAMASC.

S. ISID. HISP.

LACT. FIRM.

76. Paupertas sollicitudinum portus est. *Ibid.*  
 77. Qui apud Deum dives est, pauper esse nunquam poterit. *Ibid.*  
 78. Qui pauperes videntur, eo tamen divites sunt, quia et egent, et concupiscunt. *Ibid.*, lib. 3, cap. 16.  
 79. Multa divitiis virtutum materia, sunt pauperes. Serm. 4, de *Jejun. septimi mensis*.  
 80. Quis potest pauper esse? qui non eget, quis non inhiat alieno? qui Deo dives est. *Prose.*  
 81. Magis pauper ille est, qui cum multa habeat, plura desiderat. In suo *Oculo*.  
 82. Apud homines quidem vilis, sed apud Deum et angelos ejus gloriosus est titulus paupertatis. Epist. 14, ad *Sacellanos reg. Angelorum*.  
 83. Sit tibi paupertas ipsa solatio, quae et viventem liberrimum facit, et securissimum morientem. *Ibid.*, epist. 60, ad *Quendam magistr.*  
 84. Nihil liberius, nihil tutius paupertate. *Ibid.*, serm. 9, de *Purific.*  
 85. Certa non est ignobilis apud Deum titulus paupertatis: sola illa paupertas Deo displicet, quae cum rancore et murmure sustinetur. *Ibid.*, tract. de *Hierosolym. peregrinat.*  
 86. Pauperi, cui Christus sufficit, nihil deficit. *Ibid.*, de *Charit.*, cap. 5.  
 87. Quam fructuosus est homini, et quam gloriosus apud Deum titulus paupertatis! nescit homo pretium ejus: paupertas sola est via secunda et expedita ad vitam, caeterae viae malignis latronibus plena sunt. *Ibid.*, epist. 102, ad *Radingsen. abbat.*  
 88. Paupertas gravis quidem est, praesertim oblata ab inimico: levior tamen, quam corporis lesio vel minima. Lib. in *Flaccum*.  
 89. Unum est paupertatis vocabulum, sed non una mens pauperum. Epist. ad *Demetriad.*  
 90. Inopia rerum paupertatem docet amaro. *De Discipl. claustral.*, cap. 12.  
 91. Felix pauper rebus, sed virtutibus dives. In *Hospit. pauper.*, cap. 1.  
 SENTENTIAE PAGANORUM.  
 92. Paupertatem meture non oportet. Lib. 3, *Ethic. ad Nicomach.*, cap. 6.  
 93. Infantem nudum cum te natura creavit, Paupertatis onus patienter ferre memento. Lib. 1 *Distich.*, metr. 40.  
 94. Hominem experiri multa paupertas jubet. In suis *Sent.*, sent. 164.  
 95. Nemo tam pauper vivit, quam natus est. *De Divina providentia*, cap. 6.  
 96. Paupertas tolerabilis est, si ignominia absit, quae sola opprimere animos solet. *Ibid.*, cap. 13.  
 97. Non qui parum habet, sed qui plus cupit, pauper est. Epist. 2.

S. LEO I.

MINUTIUS FELIX.

PETR. BLES.

VALENTINUS MAXIMUS.

98. Paupertas est, non quae pauca possidet, sed quae multa non possidet; itaque non ab eo dicitur quod habet, sed ab eo quod ei deest. Epist. 87.  
 99. Succurre paupertati amicum, immo occurre. *De Moribus*.  
 100. Quis est pauper? qui sibi videtur. *Ibid.*  
 101. Qui paupertatem timet, timendus est. *Ibid.*  
 102. Scire uti paupertate, maxima felicitas. *Ibid.*  
 103. Non in paupertate vitium est, sed in paupere: illa expedita est, et hilaris, et tuta. *De Remediis fortuitor.*  
 104. Paupertatis etsi horridior sit aspectus, solida tamen et certis bonis abundat. Lib. 4, *Dictor memorabil.*, cap. 4.  
 Vide etiam tit. *Bonum*, sent. 45; *Differentia*, sent. 24; *Domus*, sent. 45, 46, 49; *Donum*, sent. 43; *Ecclesia*, sent. 101; *Eleemosyna*, sent. 230, 231, 232, 235, 234, 254; *Luxuria*, sent. 11; *Nativitas humana*, sent. 4; *Necessitas*, sent. 17, 44; *Onus*, sent. 8, 9, 10, 14, 12, 13.

PETR. BLES.

VALENTINUS MAXIMUS.

S. AUGUST.

PHILO JUD.

S. PROSPER.

THOMAS A KEMPIS.

ARISTOTEL.

CATO PORT.

MINUS PUR.

SENeca.

1. Quae avaritia sanari potest, si paupertate Filii Dei non sanatur? *De Agone Christi*, cap. 11.  
 2. Pauper factus est Christus, cujus sunt omnia, et per quem creata sunt omnia; ne quisquam eum in eum crederet, de terrenis divitiis auferret extolli. *De Catechis. rudib.*, cap. 22.  
 3. Christus dives est apud Patrem, et pauper apud nos: dives in celo, pauper in terra: dives Deus, pauper homo; sed tamen paupertas ipsius, divitiis nostris sunt. *Prose.*  
 4. Inopere venit pauperes, qui pauper effectus est: propterea aperi sinum fidei, suscipe pauperem, ne pauper remaneas. Super *Psaln. xi.*  
 5. O paupertas! in angusto diversorio nascitur, involutus infantilibus tegumentis, in praesepto ponitur. Serm. 140, de *Tempore*.  
 6. Christus dives, pauper esse voluit, ut haberet pauperes, quibus daret. *De Discipl. christ.*, cap. 7.  
 7. Ditior est Christi paupertas cunctis opibus, cunctisque thesauris saeculi. Serm. 4, *Vigil. Nativ.*  
 8. Vere magna abusus est, et magna nimis, ut dives esse velit vermiculus vilis, propter quem Deus majestatis voluit pauper fieri. Serm. 3 *Pasch.*  
 9. Dei Filius cum dives esset, propter nos pauper factus est, ut a se ejus inopia ditaremur. Serm. 4 *Assumpt. B. M. V.*

S. BERNARD.

MINUS PUR.

SENeca.

10. Esto studiosus paupertatis Christi, ut in s. *EPHREM.* caelesti patria ejus divinitate alteris. *De Jejunio*.  
 11. Christus pauper natus est, pauper vivit, paupertatem docuit, et cum paupertate decessit. In suis *Opusculis*, collat. 23.  
 12. Haec est paupertas, quae Christum in cruce sociat, cum Christo tumulo abscondit, cum Christo de sepulchro resurgit, et Christum comitatur in caelum. *Ibid.*, oraculo 4.  
 13. Paupertatem Christus assumpsit, et divitias non amisit: intus dives, foris pauper: latens Deus in divitiis, apparens homo in paupertate. Super II *Cor. viii* in illud: *Egenus factus est*.  
 14. Christus pauper factus est, ut nos per ipsius paupertatem divites reddamur. Serm. de *Pasch.*  
 15. Egenus et pauper Christus est: quia cum dives esset, egenus factus est. *Psaln. xxxix*, vers. penult.  
 16. Christus egenus et pauper factus est pro nobis, ut illius inopia nos divites faceret. Super *Psaln. xi*, vers. 4.  
 17. Tanta Dominus fuit paupertatis, ut unde tributa pro se, et apostolis redderet, non haberet. Lib. 3 super *Matthaeum*, cap. xvii.  
 18. Christus pauper fuit in ingressu, pauperior in progressu, pauperissimus in egressu. Super *Gen.*, cap. iv.  
 19. Paupertas Christum vilibus pannis involvit, paupertas eum vili mercede redemit: pauper effectus est, cujus est terra, et plenitudo orbis terrarum. Serm. de *Purificatione B. Mariae*.  
 20. Ipse Dominus ita pauper fuit, veniens in mundum, non in sua, sed aliena domo nasceretur; vivens non haberet ubi habitaret; nec moriens, unde nuditatem suam tegeret, nec mortuus, unde involveretur; nec sepulchrum ubi mortuum corpus locaretur. *De Ligno vitae*, tract. 10; de *Paupert.*, cap. 2.  
 21. Apud pauperem Christum, pretiosus est titulus paupertatis: Christus pauper et pauperis Virginis Filius, pauperes eligit in apostolos. Epist. 3 ad *Quendam nobilem*.  
 22. Omnem rovolvit vitam Salvatoris, ab utero Virginis usque ad patibulum crucis, non invenit in eo, nisi stigmata paupertatis. *Ibid.*, serm. 9, de *Purific.*  
 23. Parvus fuisse amor pauperis Christi, quod pauperem suscepisset, nisi, et passiones pauperis suscepisset. Serm. 14.  
 24. His qui Christi paupertatem sequuntur, magna dignitas accessit. *Contra retrahentes ab ingressu relig.*, cap. 15.  
 Vide etiam tit. *Egestas*, sent. 46, 47; *Eleemosyna*, sent. 144; *Paupertas volunt.*, sent. 94.

GLOSS. ORD.

S. GREGOR. NAZ.

S. HIERON.

HUGO CARD.

S. INNOC. III.

L. LAURENT. JUSTIN.

PETR. BLES.

S. PETRUS CHRYSOL.

S. THOMAS AQUINAS.



PAUPERITAS VOLUNTARIA.

CASSIODOR. *Definitio.* Pauper Dei est, qui terrena cupiditate vacuatus, caelesti desiderat largitate ditescere. Super *Psal.* ix, vers. 9.

MONYTES CARTHUS. Paupertas voluntaria est virtus, per quam temporalia contemnantur amore sponsi caelestis. De *Profess. monast.*, art. 11.

S. GREGOR. NISSENIUS. Pauper spiritu est, qui corporalem opulentiam animae divitiis permutat; qui propter spiritum egenus est, qui terrenas divitiis veluti quoddam onus excessit et abiecit, ut sublimis par aerem sursum rapiatur. *Orat. 1 de Beatitude.*

HUGO CARD. Pauperes animo sunt, qui omnino nihil habere se reputant, sive seipso, sive corpus, sive animam, sive membra; sed omnia habent commodata, et quasi alienis utuntur. Super *Matt.*, cap. 5.

Paupertas spiritus dicitur, ipsa temporalis, voluntaria, et amata, et electa paupertas. *Ibid.*

JOAN. GERS. Paupertas voluntaria est modicitas, vel abdicatio domini in proprio, aut in communi modo altiori, ex intentione finis supremi. Part. 4, in *Descript. terrinarum*, cap. *Temperantia.*

S. THOMAS AQUINAS. Paupertatem spiritus ad eos pertinere certum est, qui filiali timore Deo se voluntarie subjiciunt. 2, 2, quaest. 19, art. 12.

Paupertas voluntaria est abjectio temporalium rerum, quae fit spiritu, id est, propria voluntate per instinctum Spiritus sancti. *Ibid.*

MINUTIUS FELIX. *Comparatio.* Sicut qui viam terit eo felicior, quo levior incedit: ita beator in hoc itinere vivendi, qui paupertate se sublevat, non sub divitiarum onere suspirat. In suo *Octavio.*

SENTENTIAE PATRUM.

S. ALBERTUS MAGNUS. 1. Ubi non est necessitas, ibi non potest pendere vera paupertas. De *Paradiso divina*, part. 1, de *Virtut.*, cap. 5.

2. Verus pauper nulla transitoria concupiscit, imo oblata respicit. *Ibid.*

3. Nihil Deo charius, nihil angelis amabilius, nihil hominibus fructuosius, quam in paupertate obediendo vitam finire. *Ibid.*

S. AMBROS. 4. Etiam si alius videretur pauper, sibi dives est, qui non eorum quae caduca, sed eorum quae aeterna sunt aestimatione censetur. Lib. 3 de *Virgin.*, cap. 1.

5. Estio pauper spiritu, et eris dives qualicumque censu. Lib. 4 de *Cain et Abel*, cap. 5.

6. Qui pauper est spiritu, avarus non est. Lib. 5 super *Luc.*, cap. 6 in illud: *Beati pauperes spiritu.*

7. Bona paupertas, quae quod habuerit non amittit; bona paupertas, quae si thesaurum non habet pecunie, habet tamen thesauros sapientiae. Lib. 2 de *Apologia David*, cap. 23.

8. Paupertas ordine prima est, et parens quaedam generatio virtutum: quia qui contempti sunt secularia, ipse mererit sempiterna. Lib. 5 super *Luc.*, cap. 6 in illud: *Beati pauperes.*

9. Paupertas est instrumentum perfectionis. S. ANTONIUS. Part. 3, tit. 16, cap. 1, § 3.

10. Tanto unaquaque religio erit secundum paupertatem perfectior, quanto habet paupertatem magis proportionatam suo fini. *Ibid.*

11. Verus pauper est, qui se expropriat affectu et effectu. Part. 4, tit. 6, de *Charitate*, cap. 6, § 1.

12. Paupertas talis laudabilis est, cum homo a sollicitudinibus liberatus, liberis divinis et spiritualibus vacat. Part. 4, tit. 12, cap. 3.

13. Tales debent voluntariam paupertatem assumere, qui temporalia contemnant. *Ibid.*, cap. 3, § 1.

14. Ad victum necessarium pauca sufficiunt, et paucis pauperes voluntarii sunt contenti. *Ibid.*

15. Nusquam vera libertas est, nisi in voluntaria paupertate. *Serm. Dom. infra octav. Nativit.*

16. Divitiae dissolvit, deliciae enervant: sed paupertas leta et voluntaria robur tribuit. *Ibid.*

17. Paupertas voluntaria animam vestit virtutibus, quam divitiae temporales expoliant. *Serm. Dom. 5. post Trinit.*

18. Fidelis homo, cujus totus mundus divitiarum est; et quasi nihil habens, omnia possidet inherendo Deo, cui serviunt omnia. Lib. 5 *Confess.*, cap. 4.

19. Quid prodest dispergere dando pauperibus, et pauperem fieri: cum anima misera superior efficitur divitiis contemnendo, quam fuerat possidendo? Regula 3 ad *Clericos.*

20. Certum est fratres nihil habere, possidere, dare, vel accipere debere sine superioris licentia. In *Regula 1.*

21. Pauper Dei in animo est, non in sacco. Super *Psal.* cxxxi, vers. 16.

22. Felix paupertas, per quam caelestis acquiritur hereditas. De *Contemptu mundi*, cap. 7.

23. Magnae felicitatis est conditio Christianorum, quibus claritudo regni in paupertate posita est. *Prose.*

24. Felicitas magna Christianorum est, quibus datum est ut paupertate faciant praeium regni caelorum. De *Verb. Apostoli*, serm. 26.

25. Non tibi displiceat paupertas tua, nihil ea potest ditius inventi. *Prose.*

26. Quibus thesauris conferri potest, quod videmus paupertati indulum? *Ibid.*

27. Pauper est in arca, sed dives est in conscientia: pauper est in domo, sed dives est in animo. *Homil. 8.*

28. O beata paupertas uberibus plena, ubique

secura, ubique illaes, ubique eunctorum amica! qui te amat, veram pacem amat: qui te non amat, tranquillitatem omnem ignorat. *Serm. 2 ad Fratres in eremo.*

29. Toto affectu pauperes simus: quod si non fuerimus, haec paupertas quam foris gerimus, non paupertas, sed grandis miseria aestimanda est. *Ibid.*, serm. 5.

30. Paupertas est Christi sponsa, sanctorum possessio, beatorum vita, fidelium securitas, clericorum ornamentum, monachorum vita, nobilium pulchritudo, divitis magnificentia. *Ibid.*, serm. 24.

31. In hoc amatur Christiana paupertas, in quo nulla rerum ampliorum potest putari cupiditas. *Epist. 225.*

32. Non semper laudabilis est paupertas, sed quae ex proposito juxta evangelicam scopum peragitur. *Prose.*

33. Multi enim sunt pauperes opulentia, verum proposito avarissimi existunt, quos non indigentia salva, sed propositum condemnat.

34. Non igitur indignus omnino beatus est, sed qui mandatum Christi mundi thesauris praefert. Super *Psal.* cxxxii, conc. 9, vers. 6.

35. Magna penna est paupertatis, qua tam cito volatur in regnum caelorum. *Serm. 4 Advent.*

36. Sunt qui pauperes esse volunt, eo tamen pacto, ut nihil eis desit: et sic diligunt paupertatem, ut nullam inopiam patiantur. *Ibid.*

37. Felix paupertas voluntaria omnia relinquendum, et sequentium te Domine Jesu. *Sermon. 6 super Qui habitat.*

38. Paupertas dum putatur misera, aliena caret invidia: et quia est voluntaria, nihil quiddam invidet. *Serm. 4 Parvulorum serm.*

39. Pauperem aequo animo ferre, virtus patientiae est: sponte appetere, sapientiae laus est. *Epist. 24, ad Magistram Gilbertam.*

40. Labor et labea et voluntaria paupertas, haec sunt monachorum insignia, haec vitam solent nobilitare monasticam. *Epist. 42, ad Henricum Senonensem Archiepiscopum.*

41. Non paupertas virtus reputatur, sed paupertatis amor. *Epist. 100.*

42. Volo te esse amicum pauperum, magis autem imitorem: ille gradus proficientium est, hic perfectiorum. *Epist. 103, ad Abbat quemdam.*

43. Magna dignitas est sancta paupertas. *Ibid.*

44. De vilibus herbis et quae pauperes deceant, interdum aliquid sumere, tolerabile est: sed vero species emere, religioni indecens est. *Epist. 331, ad Fratres.*

45. Paupertatem voluntariam tria constituunt: depositio rerum et contemptus, villitas et abjectio

suilpitis, abdicatio propriae voluntatis. *Serm. 2 in Cana Dom.*

46. Voluntaria paupertas, quae sine professione vel desiderio habetur; quanto expeditior est, tanto securior. *Ibid.*

47. Custos et magistra est virtutum voluntaria paupertas: sicut e contrario radix est vitiorum immoderata rerum affluentia. *Ibid.*

48. Expedit esse nudos, cum diabolo qui nudus est, hicturos: nudus athleta fortius dimicat: natator exultrat, ut facilius fluvium transeat: viator, rejectis sarcinulis, bene cursat. *Ibid.*

49. Nobilis titulus voluntariae paupertatis, quam Christus docuit verbo, consecravit exemplo, commendavit ore prophético. *Ibid.*

50. Non venisti ad divitias, sed ad paupertatem. *Serm. 17 ad Sororem.*

51. Vera paupertas consistit, ut non sit substantia, vel corporis proprietates, nec operis, nec quietis libertas. Super *Psal.* lxxviii.

52. Beatus qui terrenam foream commutat in aeternam aulam. Super *Luc.*, cap. 9 in illud: *Tantum nihil habentis.*

53. Crux, qua mundus crucifigitur, est paupertas spiritus: cujus quatuor sunt brachia: contemptus gloriae, pecuniae, patriae, et parentela. *Ibid.*, cap. 23 in illud ad *Galat.* ult: *Nihil mundus crucifigitur est.*

54. Debet religiosus esse pauper liber et voluntarie, perseveranter, humiliter. *Serm. 3, Dom. infra oct. Epiph.*

55. Nullus Christi pauper relictis divitiis, vel divitiis parentibus superbiat. *Ibid.*, etc.

56. Perfectio paupertatis triplex est: prima, est relinquere superflua, sed non necessaria; secunda relinquere non solum superflua, sed etiam necessaria; relinquere in speciali, sed non in communi; tertia, relinquere omnia superflua, et necessaria, tam in communi quam in speciali, quae perfectio et consummatio paupertatis fratrum est milliorum. *Serm. 2 Pent.*

57. Multi sunt religiosi, qui licet mansiones, et praedia, et multa bona habeant committere, tamen non habent singulariter. *Ibid.*

58. O sacratissima virtus, et omni laude dignissima paupertas! quis tibi valeat dignas gratiarum laudes impendere; quae solo tuo commercio terrenos et miseros homines ad tantum honoris excellentiam extollis, ut eos heredes regni caelorum insitutas? *Serm. 1 Dom. 22, post Pent.*

59. Paupertas voluntaria est primum evangelicae perfectionis, omnisque boni fundamentum. *Ibid.*

60. Ad paupertatem accipe Diogenis magni philosophi exemplum, qui pro domo dolum otiosum

S. BASILIUS MAGNUS.

S. ANTONIUS DE PADDA.

S. AUGUST.

S. BERNARD.

S. BONAV.



habebat, panem ostium querebat, cum manu squam hiebat. *Prose.*

64. Si tantus amor paupertatis esse potuit in pagano, quid esse debet in christiano? *Serm. 2 de S. Andrea.*

62. Nobilis margarita est paupertas, que dum omnia contemnit, dominium super omnia accipit. *Serm. 2 de Cathedra S. Petri.*

63. Pauper Christi bene dives est, quia electus ad regnum, et haeres regni caelestis est. *Serm. 2 Omn. Sanct.*

64. Quid pretiosius vera paupertate, que est pretium regni caelestis? *Ibid.*

65. O quam felices! qui eligunt cum Christo pauperes esse praeter victum et vestitum, nihil aliud appetentes. *Serm. 5, de Uno mart.*

66. Vir sanctus, dum nihil habet in mundo, est dives in celo. *Ibid.*

67. Paupertas est caeleste pretium, cum quo pauperes mercantur caeleste prandium. *Tit. 4 Dieta, cap. 3.*

68. Paupertas est summe Christo copulata, bonis summe cumulata, et caelis summe comquata. *Ibid.*

69. Quanto intimius paupertatem dilexeris, tanto subtilius de necessitate cogitabis. *Lib. Medit. vite Christi, cap. 44.*

70. Paupertas est totius spiritualis exercitii primum fundamentum. *Ibid., cap. 21.*

71. Alta est paupertas, que tollit superflua; altior, que distribuit et licita et permissa; sed altissima que sibi subtrahit etiam necessaria. *De Eccles. hierarch., part. 4, cap. 4.*

72. Sicut divitiarum affluentia rerum penuria crescit, sic voluntaria paupertate minuitur. *In Apolog. pauper., resp. 3, cap. 3.*

73. Nihil opulentius eo, qui paupertatem sponte diligit et cum alacritate suscipit. *Ibid.*

74. Eminentia paupertatis plurimum confert ad exercitium perfectae virtutis. *Ibid.*

75. Duo habet paupertas sequentium Dominum; afflictionem scilicet et utilitatem. *Ibid.*

76. Fosdum est profanumque mendacium, summae paupertatis voluntarium professorem se asserere, et rerum penuriam pati nolle. *Epist. ad Quemdam provincialem.*

77. Paupertas in omnibus placeat, ne sive in libris, sive in aliis, rerum se relinquit sarcinulis onustare. *In Speculo disciplinae, part. 2, cap. 6.*

78. Super omnes divitias, divitem facit paupertas. *Ibid.*

79. Non est evangelice pauperis, gaudere superfluis, et luxibus indulgere. *Ibid.*

80. Paupertas spiritus, id est, voluntaria pro Christo paupertas, magna et vera virtus est,

quam multi religiosi profitentur. *Lib. 2 de Profectu relig., cap. 54.*

81. O quam beata paupertas! quam amabilem Deo, quam securum Deo in mundo reddis amatorem tuum! *De Perfectione vite ad Sorores, cap. 3.*

82. Voluntaria paupertas non modicum valet ad exterminium iniquitatis, et ad exercitium perfectae virtutis. *In Apolog. pauper., resp. 3, cap. 3.*

83. Nisi ex toto corde et affectu pauper sis, paupertas ipsa, non virtus, sed miseria iudicanda est. *Homil. 27.*

84. Ubique se egenam et pauperem dicit gloriosa paupertas, cum sit caelesti thesauro ditissima: utique quia mundanas copias non habet, et intus ubi est dives, semper ambit, semper desiderat. *Super Psalm. lxxix, vers. 6: Ego vero egenus et pauper sum.*

85. Iste sunt divitiae, quas salubriter cupere debemus; ista felicitas, de qua christianus gaudeat esse locupletem, ut sit pauper in hoc saeculo, dives in celo. *Super Psalm. lxxii, vers. 26: Quid mihi est in celo.*

86. Qui pauperes Dei facti sunt, ipsius largitate ditescunt. *Super Psalm. lxxiii, vers. 20.*

87. Viro pulchre convenit nullos habere calceos: calceatum enim esse, non parvam habet affinitatem cum eo quod est esse ligatum. *Prose.*

88. Optimum quidem exercitationis genus est, nudis uli pedibus, et ad sanitatem, et ad expeditam facilitatem.

89. Quod si omnino nudis pedibus incedere pati non possumus, soleis utendum, quas Attici vocant *xastobas*, quod pedes terra appropinquarent. *Lib. 2 Pedaag., cap. 44.*

90. Cum cunctas quis vite huius opes dimiserit, tunc locum in quo gratia Dei recondita est, adipiscitur. *De Perfect. spirit., cap. 77.*

91. Thesaurus monachi, est paupertas voluntaria. *Ad Monachos, parones. 1.*

92. Nisi ex corde pauper sis, et affectu, paupertas ipsa non virtus, sed miseria iudicanda est. *Homil. 4, ad Monachos.*

93. Rogo vos omnes, et consilium do vobis, ut in sanctissima vita et paupertate semper vivatis, et ab illa in perpetuum nullatenus recedatis. In suis *Opusculis, epist. 5, ad beatam virginem Clearam.*

94. Qui vere pauper est spiritu, seipsum odit, et alios diligit. In suis *Opusc., in Admonit. ad Fratres, cap. 44.*

95. Paupertas omnium est regina, et omnia calcet. In suis *Opusc., in Orat. pro obtinenda paupertate.*

96. Vide, Domine Jesu, quia paupertas pro tanto est regina virtutum, pro quanto relicta au-

gelorum sedibus descendisti ad terras, ut ipsam possessu charitate perpetua desponsare, et omnis perfectionis filios in ipsa, et ex ipsa, et per ipsam producere. *Ibid.*

97. Evangelica paupertas, ordinis est fundamentum, cui substrato primarie sic omnis structura religionis innititur, ut ipsius firmitate firmetur, et eversione funditus evertatur. In suis *Opusc., collat. 5, de Paupert.*

98. Pecunia paupertatis, professionis, et perfectionis praecipua est corruptela. *Ibid., collat. 26.*

99. Paupertas evangelica, thesaurus excellens et divinus est. In suis *Opusc., oraculo 4.*

100. Vera paupertas est radix obedientiae, mater renuntiationis, mors propriae complacentiae, extirpatrix vanitatis, et cupiditatis. *Ibid., oraculo 26.*

101. In omnibus quae ad vitam opus sunt, iis solummodo gaudeo et delector, quae sanctam redolent paupertatem: alia vero quaecumque sumptuosa et delicata penitus abhorreo. *Ibid., colloquio 8.*

102. Paupertas obices omnes e medio tollit, quo humana mens cum Domino Deo suo liberrime atque medietissime conjungatur. *Ibid., colloquio 41.*

103. Pro furto mihi reputo, si hoc quod fero non dedero magis egentibus. In suis *Opusc., apophthegm. 40.*

104. Paupertas, quae caret opibus, ad pietatem dux et magistra est. *Super Isaaiam, cap. II.*

105. Avaritia vitio bonum paupertatis voluntariae contrarium est: sed pauper spiritu esse non poterit, qui amare adhuc aeternos thesauros nescit. *Lib. 5 in I Regum, cap. 4, super illud Ephes. vi: Non est nobis collectatio.*

106. Magna est nobis in hoc itinere caeca paupertas, quae animum non angustat, cum deest terrena substantia. *Homil. 49 super Ezech.*

107. Si nihil in hoc mundo amando possidetis, etiam possidendo cuncta reliquistis. *Homil. 37 super Evangelium.*

108. Rebus et spiritu sunt pauperes perfecti monachi, qui propter Deum omnia relinquentes, nec corporis proprii potestatem in suo arbitrio relinquunt: et ideo quanto hic propter Deum sunt pauperiores, tanto in futura gloria erunt ditiores. *Serm. de Martyribus.*

109. Affatim dives est, qui cum Christo pauper est. *Epist. 1 ad Heliodor.*

110. Qui sui in carne contemtor est, paupertate incedit orator. *Epist. 3 ad Heliodor.*

111. Qui paupertate letantur, eorum habitus, sermo, vultus, incessus, doctrina virtutum est. *Epist. 4 ad Rustic.*

112. Saccus orationis signum, atque jejunii est. *Epist. 20, ad Marcellam.*

113. Sunt qui rebus abundant, et tamen sunt pauperes spiritu: et haec est aenea paupertas: quia licet affluent divitias, corda tamen nolunt apponere. *Lib. 4 de Claustro animae, cap. 9.*

114. Non potest servari integritas, nisi diligatur paupertas. *Ibid., lib. 2, cap. 17.*

115. Paupertas voluntaria, est edibile bonum, sanitatis mater, curarum remotio, reparatrix sapientiae, negotium sine damno, possessio absque calumnia, facilitas sine sollicitudine. *Super lib. Judic., cap. iv.*

116. Quinque sunt in vero paupere: humilitas coram Deo, contemptus mundi, fiducia de Deo, notitia certa amicorum, patientia. *Super Psalm. lxxi.*

117. Paupertas sine voluntate propria, nullius apud Deum potest esse meriti, vel momenti. *Super Psalm. ciii.*

118. Vere martyrii genus, est voluntaria paupertas. *Super Ecclesiastic., cap. xxxi.*

119. Pauperes sunt omnes, qui divitias temporales sibi subjiciunt: sed primogeniti sunt, qui eas omnino abjiciunt: illi requiescunt in spe, isti autem pascentur interiori jucunditate. *Super Isaai., cap. xiv.*

120. Nihil ita securum, et ita pacificum est, ut paupertas voluntaria. *Ibid., cap. xi.*

121. Pauperes animo sunt, qui omnino nihil habere se reputant, nec seipsos, sive corpus sive animam, sive membra, sed omnia habent comodata, et quasi alienis utuntur. *Super Math., cap. v.*

122. Haec est vera paupertas, quae neque linguam, neque oculos, neque pedes, neque sensum, neque voluntatem habet, et ideo nihil ei molestum est. *Prose.*

123. Hic est thesaurus pretiosissimus, quo sapientissimus mercator Jesus Christus regnum caelorum venaliter exposuit. *Ibid.*

124. Miserabile est paupertatis exitus tolerasse, fructus vero ejus casae voluntatis vitio perdidisse. *Lib. 7 Casod. inst., cap. 22.*

125. Animus sponte sua inops, fulget ut aurum, splendet sicut gemma, floret quasi rosa: nulla timea ibi est, nullus fur, nulla cura secularis, sed vivit angelica vita. *Prose.*

126. Vis animi hujus pulchritudinem aspicere? Vis paupertatis opes quante sint discernere? Non imperat haec viris, sed imperat demonibus; non assistit regi, sed assistit Deo: non homini, sed angelorum commilito est.

127. Non habet duos, tres, vel viginti loculos rerum plenos: sed sic abundat, ut universum

C. SERRARIUS  
ARELIAT.

CASSIODOR.

C. SERRARIUS  
ARELIAT.

GLOS. ORD.

S. GREGOR.  
MAGNUS.

S. BERNARD.

S. EPHEM.

S. EUSEBIUS  
EMISEN.

S. FRANCIS.  
ASSISIS.

LAYMO.

S. HIERON.

HUGO A. S.  
VICTORIS.

HUGO CARD.

JOAN. CASS.

S. JOANNES  
CHRYSOST.



mundum parvipendat, et thesaurum habet in celo.

128. Non indiget mancipiis, sed habet loco servorum passiones, habet servos appetitus, qui regibus dominantur; ut nec respiciere audeant.

129. Quid hoc paupere melius excogitari poterit? Hic in celo tanquam in pavimento ambulat.

130. Regnum porro atque aurum, et omnia huius generis, quasi pueriles ludos, trochos, pilas, turrones spernatur atque contemnit.

131. Habet enim ornamenta et instrumenta ludorum, quae videre atque sentire nequeunt opulenti.

132. Quod si tale pavementum domus ejus est, cogita per teipsum quale tectum sit: sed non habet, inquit, equos atque vehicula; certe nec harum rerum opus est ei qui nubibus vectatur, et cum Jesu conversatur. Homil. 48 super *Matth. Oper. perf.*

133. Involuntaria paupertas, bellua omnium atrocior, et formosae ardentior est. *Ibid.*, homil. 82.

134. Philosophi, qui inter homines sublimiores fuerunt, contemptis divitiis ad paupertatem venerunt, quasi ad securum presidium, et morbis non obnoxium. *Prose.*

135. Paupertas securum est presidium, et quasi civitas aereis muris circumvallata, expugnata difficilis. Homil. 13 super *Acta Apost.*

136. Quanto auro omni pretiosior est sanguis, tanto paupertas quam abundantia melior. *Prose.*

137. Nihil sic libere loqui, et in rerum discrimine fiduciam habere praebet, sicut nihil possidere. Serm. 2 super illud; *Salutate Priscam.*

138. Paupertas est manducatrix quaedam in via, quae ducit ad caelum, unctio athletica, exercitatio quaedam magna et admirabilis, portus tranquillus. Homil. 18 super *Epist. ad Hebr.*

139. Nihil opulentius eo, qui paupertatem sua sponte eligit, et cum alacritate suscipit. *Ibid.*

140. Qui vult dives fieri fiat pauper, ut dives eradat: expendat, ut colligat: dispergat, ut congreget. Homil. 53 ad *Populum Antioch.*

141. Paupertas est tutum asylum, portus tranquillus, perpetua securitas, deliciae periculorum expertes, voluptas sincera, vita turbationum necia, vita fluctum ignara, copia inexpugnabilis, philosophiae parens, frangum intemperantiae, supplicii sublatio, radix modestiae. Homil. *de Avaritia.*

142. Vidi nonnullos pecuniis pauperes, qui prioris suae paupertatis obliiti, in conversatione pauperum spiritum divites effecti sunt. *Gradu* 16.

143. Nuditatis rerum omnium, curarum est depositio, securitas vitae, viator omnibus impedi-

mentis liber, memoris alienatio, mandatorum fides. *Ibid.*

144. Nudus monachus, mundi totius est dominus: Deo enim curam sui creditit, et per fidem omnes possidet servos. *Ibid.*

145. Nuditatis rerum omnium, tristitiam suffocant; nullisque sensibilibus rerum affici, intellectualium speculationem parit. *Ibid.*, gradu 26.

146. Paupertas melior est ad perfectionem acquirendam vitae spiritualis, quam possessio opum et divitiarum. *De Consil. evangelic.*

147. Thesaurus monachi est voluntaria paupertas. Super Prolog. *Regul. S. Bened.*, cap. 2, text. 30.

148. Debet paupertas esse cullibet statui congrua: ut qui pauper erat in saeculo, non quaerat ditior fieri in monasterio. *Ibid.*

149. Paupertas religiosorum, primus professionis gradus est. *Ibid.*

150. Inopia beatorum non efficit pauperem, sed voluntaria pro Christi amore in ipsa paupertate patientia. Lib. 1, homil. 1, ad *Monachos.*

151. Paupertas exprobranda non est, quae ab hoc quidem mundo secreta est; sed verum tantum quaerit nec ab ulla re, quae ad tempus durat, flectitur. *Epist. ad Zenam.*

152. Non potest, nisi voluntaria voluntate reatringi cupiditas: qui servis Christi semel effectus est, non erit mammonae famulus, cujus certo ex voluntaria renuntiatione fit Dominus. *De Ligno vitae*, tract. 10; *de Paupert.*, cap. 2.

153. O felix paupertas! voluntarie pro divinitatis amore suscepta, quam locuples, quam laeta, quam jucunda, quamque secunda! *Prose.*

154. Latronibus occurris intrepida, egestatem non metuis, humilitati sponte obsequeris, cum illa ad aeternam pariter graderis vitam.

155. Unum est amborum premium, una societas, unus Dominus, una possessio, unaque perfectio. Lib. 2 *de Spirituali resur.*, cap. 21.

156. Semper dives est christiana paupertas, quia plus est quod habet, quam quod non habet. *Prose.*

157. Non pavet in isto mundo indigentia laborare, cui donatum est in omnium rerum domino omnia possidere. Serm. 4 *Quadrage.*

158. Beata illa paupertas, quae rerum temporalium amore non capitur, nec mundi opibus augeri appetit; sed coelestibus bonis ditescere concupiscit. Homil. in *Festo omnium sanct.*

159. Quid hac paupertate locupletis? non habet praesidia pecuniae, sed habet dona gratiae. *Ibid.*

160. Paucis contentus esto, et simplicibus delectare. Lib. 1 *Enchirid. parvular.*, docum. 12.

JOAN. GEN.

JOAN. TRIT.

S. JUSTIN. MART.

S. LAURENT. JUSTIN.

S. IEO I.

THOMAS A KEMPIS.

IN VIT. PAT.

LUDOVICUS BLOIUS.

PETRUS BLESENS.

S. PETRUS DAMIANUS.

S. SYNESIUS EPISC.

S. THEODOR.

THEOPHILACTUS.

S. THOMAS AQUINAS.

THOMAS A KEMPIS.

IN VIT. PAT.

161. Insignis virtutum titulus est, mundi divitiis conculcatis, se in paupertate sola divitem reputare. *Epist. 93, ad Guillelm. abbatem.*

162. Pauper et justus contemnit divitias, et nihil ei deficit, quia sufficit ei Deus. *Ibid.*

163. Paupertas voluntaria est, super quam radicatur firmiter disciplina religionis. *Ibid.*, serm. 32, de *S. Augustino.*

164. Paupertas monachi securitas est mentis, securitas mater est puritatis. *Opusc. 12, cap. 25.*

165. Probrosa sit divitiarum conquisitio, paupertas vero honestissimo in loco habeatur. *De Regno, ad Arcadium imperat.*

166. Si paupertatem elegerimus, animam bonis minime vacuam, sed copia virtutum locupletatam geramus. *Quest. 53, super Exod.*

167. Virtutis index non modo est paupertas, sed etiam regnum et felicitas. Super *Psal. cxxxviii*, vers. 1.

168. Paupertas voluntaria divitiarum est effectrix. Super II *ad Cor.*, cap. vii, in illud; *Pauper factus est.*

169. Paupertatem spiritus ad eos pertinere certum est, qui filiali timore Deo se voluntarie subjiciunt. 2, 2, *quest. 19, art. 12.*

170. Ad perfectionem charitatis acquirendam, primum fundamentum est voluntaria paupertas, ut scilicet aliquis absque proprio viva. 2, 2, *quest. 186, art. 3.*

171. Per remotionem divitiarum tolluntur charitatis tria impedimenta: primo sollicitudo, secundo amor, tertio clatio eorum. *Ibid.*, *quest. 188, art. 7.*

172. Tanto erit unaquaque religio perfectior, quanto habet paupertatem magis proportionatam suo fini. *Ibid.*

173. Religionis quae ad contemplativam vitam ordinantur, tanto perfectiores sunt, quanto eorum paupertas minorum eis sollicitudinem temporarium ingerit. *Ibid.*

174. In eo qui ex necessitate pauper est, humilitas non plus commendatur: sed in eo qui voluntarie pauper est, ipsa paupertas est maxima humilitatis indicium. Part. 3, *quest. 40, art. 3.*

175. Magna virtus paupertas spontanea, qua emittit caelum sine pecunia. Serm. 19 ad *Novit.*, divis. 5.

176. Affatim dives est, qui cum Christo pauper est. Lib. 1 in *Vita S. Eugenio*, cap. 12.

177. Magna res est penuria, nam qui eam voluntarie sustinet, tribulationem quidem carnis habet, anime vero suae invenit requiem. Lib. 3, *num. 169.*

178. Thesaurus monachi est paupertas voluntaria. Lib. 5, libell. 6, *num. 12.*

179. Nudus debet esse monachus ab omni materia seculari. *Ibid.*, *num. 16.*

180. Paupertas quovis regno magis expetenda. Lib. 9, *cap. 24.*

SENTENTIA PAGANORUM.

181. Paupertas apud homines bonos potius esse, quam apud pravos solet: quia omnibus odio habetur atque expellitur, ad probos confugit. *Sect. 29, Problem. quest. 4.*

182. Quam te, paupertas, amo si beneficio tuo innocens sum! Lib. 2, *controver. 9.*

183. O paupertas! quam ignotum bonum es. *Ibid.*

184. Unde possum scire quantum adversus paupertatem tibi animi sit, si divitis diligeris? *De Divin. provid.*, *cap. 4.*

185. Non tantum tuta est, sed etiam gratiosa est paupertas. *De Consolat. ad Hebeiam*, *cap. 12.*

186. Honestae res est, laeta paupertas, ait Epicurus. Illa vero non est paupertas, si laeta est: cui enim cum paupertate bene convenit, dives est: non qui parum habet, sed qui plus cupit, pauper est. *Epist. 2.*

187. Magnae divitiae sunt, ad legem naturae composita paupertas. *Epist. 4 et 27.*

188. Paupertas expedita est, secunda est, non timenda, sed appetenda. *Epist. 17.*

189. Si vis vacare animo, aut pauper sis oportet, aut pauperi similis: non potest studium salutare fieri sine frugalitatis cura; frugalitas autem paupertas voluntaria est. *Ibid.*

190. Paupertas contenta est, desideris instansibus satisfacere. *Epist. 17.*

191. Fiat nobis paupertas familiaris: securus divites erimus, si sciverimus quam non sit grave pauperes esse. *Epist. 18.*

192. Non jucunda res est aqua et polenta, aut frustum hordeae panis: sed summa voluptas est posse capere etiam ex his voluptatem. *Ibid.*

193. Nemo alius Deo dignus, quam qui opes contempserit. *Ibid.*

194. Hi quos paupertas locupletissimos fecit, deserunt omnia possidere, dum volunt propria. *Epist. 90.*

195. Nihil habet domus nostra melius, quod ostendat, quam paupertatem. Lib. 4 *controver. 24.*

196. Nullas divitias paupertatis talium virorum posse preferri piscium est. Lib. 4, *Dictor. memorabil.*, *cap. 4.*

Vide etiam tit. *Apostolus*, *sent. 58; Divites*, *sent. 70, 72; Martyrium*, *sent. 163; Monachus*, *sent. 203, 204; Medicritas*, *sent. 6; Perfectio*, *sent. 68, 69; Possessio*, *sent. 71; Religio seu Congreg.*, *sent. 113.*

ARISTOTEL.

SENECA.

VALERIUS MAXIMUS.



## PAX.

- S. ANTONII.** *Etymologia.* Pax dicitur a pacto, quia post pactum fit pax. Part. 4, tit. 6, de *Charit.*, cap. 8, § 1.  
Pax habet tres litteras que representant sanctissimam Trinitatem: Per P, Pater: per A, representatur Amor Spiritus sancti: per X, Xps Dei Filius. *Ibid.*
- CASSIODORI.** Pax a parcendo, sive a pascendo dicta est. Super *Psaln.* cxxi, vers. 7: *Fiat pax.*
- S. AUGUSTI.** *Definitio.* Pax corporis, est ordinata temperatura partium. *Prose.*  
Pax anime irrationalis, est ordinata requies appetitionum.  
Pax anime rationalis, est ordinata cognitionis actionisque consensio.  
Pax corporis et anime, est ordinata vita, et salus animantis.  
Pax hominis mortalis, est Dei immortalis ordinata in fide sub aeterna lege obedientia.  
Pax hominum, est ordinata concordia.  
Pax domus, est ordinata imperandi atque obediendi concordia cohabitantium.  
Pax civilitatis, est ordinata imperandi atque obediendi concordia civium.  
Pax celestis civitatis, est ordinatissima et concordissima societas fruendi Deo, et invicem in Deo.  
Pax omnium rerum, est tranquillitas ordinis. Lib. 16 de *Civitate Dei*, cap. 43.
- HUGO A S. VICTORE.** Pax est concordantium in bono animorum ordinata tranquillitas. De *Fruet. carnis et spirit.*, cap. 18.
- S. MAXIMI MART.** Pax vera, est imperturbata et plena ejus quod gratissimum est, possessio. *Centuria 2, de Virt. et vitio*, cap. 74.
- DIONYSIUS CARTHUS.** *Divisio.* Triplex est Pax; prima vocatur pax temporis; secunda, pax pectoris; tertia, pax eternitatis. De *Profect. spirit.*, art. 21.
- HUGO A S. VICTORE.** Quatuor sunt paces: duas dat mundus, duas dat Deus: mundus dat pacem in tranquillitate rerum temporalium, et in sanitate corporum; Deus dat pacem in tranquillitate mentis, et in gaudio contemperationis. Super *Psaln.* lxxxiv, cap. 62.
- Falsae pacis tres sunt species: est pax opinata, est pax simulata, est pax imperata: existimatur a nescientibus, simulatur a non habentibus, imperatur a non tenentibus. Lib. 3, de *Claustro animo*, cap. 9.
- Veræ pacis tres sunt species: est pax probata, est pax confirmata, est pax certa. *Ibid.*, *Prose.*  
Pax Dei hominibus quandoque datur, data probatur, probata confirmatur, confirmata certi-

ficatur. Probatum tentatione, confirmatur tribulatione, certificatur cohabitatione. *Ibid.*  
*Differentia.* Differt concordia a pace, quia concordia importat unionem appetituum diversorum appetituum: pax autem supra hanc unionem importat etiam appetituum unius appetentis unionem. 2, 2, quæst. 29, art. 1.

## SENTENTIA PATRUM.

1. Si in bello iustitia valet, quanto magis in pace servanda est? Lib. 1 *Offic.*, cap. 29.
2. Justa pax sublimior est, que corporarium passionum excludit illecebras, perturbationesque mitigat, quam ea, que barbaricos sedat incursum. *Prose.*
3. Istius pacis major est fructus, quo spiritalis nequitie tentamenta, quam quo arma hostilia repelluntur. Lib. 2 de *Jacob.*, cap. 6.
4. Ubi pax vera est, iracundia locum non habet, ablegatur discordia, fugatur dissensio. De *Joseph*, cap. 43.
5. Pax, fidei corruptelæ materia est. Super *Psaln.* cxviii, serm. 11, vers. 6.
6. A te pacem incipe, ut cum fueris ipse pacificus, pacem aliis feras. Lib. 5 super *Luc.*, cap. vi, in illud: *Beati pacifici.*
7. Sapienti pacis est studium, imprudenti amica jurgia. Lib. 2 de *Abraham*, cap. 6.
8. Ubi pax, ibi Christus, quia pax Christus est. Lib. 10, epist. 82, ad *Vercellens. Eccles.*
9. In hoc nomine pax, tres sunt litteræ, et una syllaba, in quo Trinitas et Unitas designatur. *Prose.*
10. In P, Pater demonstratur: in A prima vocali, Filius, qui est vox patris: in X duplici consonante, Spiritus sanctus ab utroque procedens intelligitur.
11. Cum ergo Christus discipulis suis dixit, pax vobis, Trinitatis et unitatis fidem recommendavit. Serm. 1, post *Pascha.*
12. Pax uno nomine appellatur, sed longo intervallo discernitur, Dei et mundi: hæc enim fragilis est, illa fortis; hæc carnea, illa spiritalis: hæc terrena, illa celestis: hæc de necessitate, illa de voluntate. De *Quæst. vet. et novi Testamenti*, quæst. 92.
13. Vir pacificus securam possidet mentem, totus est ab angelorum agmine munitus, et fructu iucunditatis repletus: omnia ejus in pace versantur, discordiam fugat, secreta mentis sue illuminat. De *Salut. docum.*, cap. 22.
14. Magnum beneficium est pax, sed Dei veri beneficium est. Lib. 3 de *Civiti. Dei*, cap. 9.
15. Tantum est pacis bonum, ut etiam in rebus terrenis atque mortalibus nihil gratius solet audiri, nihil desiderabilius concupisci, nihil pos-

**D. THOMAS AQUINAS.**

**S. ANDREAS.**

**S. ANTONI DE PADUA.**

**S. AUGUSTI.**

- tremo possit melius inveniri. *Ibid.*, lib. 19, cap. 11.
16. Sicut nemo est qui gaudere nolit, ita nemo est qui pacem habere nolit. *Ibid.*, cap. 12.
17. Pacem constat belli esse optabilem finem. *Ibid.*, lib. 19, cap. 12.
18. Dissensio et divisio facit hereticos, pax vero et unitas facit catholicos. Lib. 2 *contra Lit. Petilian.*, cap. 95.
19. Quisquis vel quod potest, arguendo corrigit; vel quod corrigere non potest, salvo pacis vinculo excludit: vel quod salvo pacis vinculo excludere non potest, æquitate improbat, firmitate supportat; hic est pacificus, cap. 11.
20. Quid melius inveniri potest, quam pax? Pax quid est? ubi nullum bellum est. Quid est ubi nullum bellum est? ubi nulla est contradictio, ubi nihil resistit, nihil adversum est. Super *Psaln.* lxxxiv, vers. 8.
21. Nemo est, qui non vult pacem, sed non omnes volunt operari justitiam. *Prose.*
22. Interroga omnes homines, vultis pacem? uno ore tibi respondet totum genus humanum: Opto, cupio, volo, amo: ama et justitiam, quia due amice sunt justitia et pax, si amicam pacis non amaveris, non te amabit ipsa pax, nec veniet ad te. Super *Psaln.* lxxxiv, vers. 11: *Justitia et pax osculata sunt.*
23. Pax testamentum Dei est, hæreditas pax est, ut a concordibus consortibus possideatur, non a litigantibus dividatur. De *Ovibus*, cap. 43.
24. Pax est serenitas mentis, tranquillitas animi, simplicitas cordis, amoris vinculum, consortium charitatis. *Prose.*
25. Hæc est que simultatestollit, bella compeccit, comprimit iras, superbos calcit, humiles amat, discordes sedat, inimicos concordat, cunctis est placida.
26. Non querit alienum, nihil deputat suum; docet amare qui odisse non novit, nescit extolli, nescit inflari. De *Verb. Dom.*, serm. 57.
27. Pax dilectionis mater est, concordie vinculum, ac pure mentis indicium manifestum. Serm. 1 *Dom. in Rogat.*
28. Hæc est illa perfecta pax, que mentem a vitibus purgat, vermem conscientie rodit. *Prose.*
29. O pax eremitarum mater, conobitarum pater, monachorum soror!
30. Tu patriarcharum vinculum, tu prophetarum vehiculum, tu apostolorum refugium, tu martyrum solatium, tu confessorum balneum, tu virginum tripodium.
31. Tu viduarum speculum, tu conjugatorum spectaculum, tu malorum præsidium, tu tyrannorum odium, tu latronum suspensium.

Tom. III.

32. O pax Dei ædificium! te non possunt destruere principum fulmina, insultus demonum te in nullo ledere possunt.
33. Tu pauperem divitem facis, tu divitem mendicantem perducis, tu contenta in cunctis, tu ditior universis, tu homines Dei filios facis.
34. O pax! sine te reges non regunt, sine te regna non valent, nihilquis sine te caetera prodesset possunt. Serm. 2 *ad Fratres in eremo.*
35. Gloriosa illa pax est, plena atque perfecta, que fructus malorum cogitationum eructat, mentem fluctuantem illesam reservat, conscientiam purgat. *Ibid.*
36. Qui pacem cordis, oris et operis non habet, christianus dici non potest. *Ibid.*
37. Diabolus intrare non potest domum vel mentem, in qua pax dominatur. *Ibid.*
38. Pax tale bonum est in rebus creatis, tam mirificum, tam gloriosum, quod nihil dulcius solet audiri, nihil delectabilius concupisci, nihil utilius possideri. *Ibid.*
39. Pax omnium custodia, et cura virtutum est. *Ibid.*, serm. 28.
40. Si pax humana tam dulcis est pro temporali salute mortalium, quanto dulcior est pax divina pro aeterna salute angelorum? Et Hab. in *Decret. Gratiani*, part. 2, causa 23, quæst. 1, can. *Noli*, § si Pax.
41. Ubi pax, ibi requies. Epist. 45.
42. Pacem habere debet voluntas, bellum necessitas. Epist. 205.
43. Non pax queritur, ut bellum excitetur: sed bellum geritur ut pax acquiratur. *Prose.*
44. Esto ergo etiam bellando pacificus, ut eos quos expugnas ad pacis utilitatem vincendo perducas. *Ibid.*
45. Si pax humana tam dulcis est pro temporali salute mortalium, quanto est dulcior pax divina pro aeterna salute angelorum? *Ibid.*
46. Amulationem sanat pax. In *Expos. super Epist. ad Galat.*, cap. v.
47. Sanitatem pacis tenere animus non potest, qui discordiis et certaminibus pascitur. De *Catechis. rud.*, cap. 16.
48. Pax incertum bonum; quoniam corda eorum cum quibus eam tenere volumus, ignoramus. Lib. 19, de *Civiti. Dei*, cap. 5.
49. Pacem non habebit in fine, qui non ea bene utitur ante finem. *Ibid.*, cap. 26.
50. Pax temporalis bonis malisque communis est. *Ibid.*
51. Natura humana, que pacem felix cum Deo habere nolit, secum pugnat infelix. *Ibid.*, lib. 2, cap. 15.
52. Vera pax ibi est, ubi nihil adversi, nec a



- seipso, nec ab alio ququam patietur. *Ibid.*, lib. 22, cap. 30.
53. Vis dividere pacem, et queris adire Judicem pacem : ego pax sum, ligare non novi. *De Quinque haeres.*, cap. 6.
54. Charitatem Christi qui habet, pacem non potest odisse. In *Psalmo contra partem Donati.*
55. Non potest esse in pace, qui spem ponit in homine. Tract. 1 super *Joannem.*
56. Jubemur pacem habere inter nos, ut aliquando perveniamus ad perfectissimam pacem. *Ibid.*, tract. 34.
57. Pax que promittitur, est quam non habet mundus, quam non habet vita ista, que in vite comparatione nec vita est. Rom. 1 ex *lin Hom.*, cap. 1.
58. Quantum sit pacis bonum, quid commemorare attinet ad viros pacis filios? nihil christianis hominibus adeo proprium est, ut conciliandas paci studeat. Apud *D. Joan. Damasc.*, lib. 1 *Parall.*, cap. 18.
59. Horrida bella gerit, qui pacis foedera spernit. In suis *Proverb.*, verbo *Horrida.*
60. Pacem cum hominibus habeas, bellum cum vitis. *Ibid.*, verbo *Pacem.*
61. Quid a foris vos conturbare aut contristare possit, si intus bene estis, et fraterna pace gaudetis? Serm. 29 super *Cant.*
62. Intestina et insanabilis plaga est Ecclesie malus christianus; et ideo in pace amaritudo ejus amarissima : sed in qua pace! Et pax est, et non est pax : pax a paganis, et pax ab hereticis, sed non profecto a filiis. *Ibid.*, serm. 33.
63. Oculum pacis est, odientes invitare ad pacem, discordantes ad concordiam revocare, adversarios pacifice sustinere, errantes pie et benigne docere, cum omnibus pacem habere. *De Inter. dono.*, cap. 2.
64. Cum pro terrena re pax a corde cum proximo scinditur, apparet quod plus res quam proximus amatur. Super *Luce.*, cap. vi, in illud : *Qui auferit que tua sunt.*
65. Bonis hominibus est pax in mundo, pax in extremo, pax in iudicio, pax in celo. Serm. 3, *Fer. 5.* post *Pascha.*
66. Pax est coli linguagium, Christi cœcœnium, et Dei vestigium. Tit. 7 *Dieter.*, cap. 6.
67. Gloriosissimum et potissimum est liberalis anime, et conscientie bonæ indicium, pacem proximi custodire. In *Speculo discipl.*, part. 2, cap. 3.
68. Ista non est dicenda pax, que de radice charitatis non consurgit. Rom. 19.
69. Pax illa habet tranquillam vitam, que cum va mente non litigat, sed in Domini beneficiis perseverans, amœna tranquillitate perficitur. Super *Psalm.* iv, vers. 9.
70. Queramus pacem seculi, sequamur intenti : quia in futuro eam invenire non possumus, nisi hic diligentius inquiramus. Super *Psalm.* xxxiii, vers. 14 : *Inquire pacem.*
71. Pax ista non est, quam bella disturbant : non est, quam inquietudo ulla concutiat : sed imperturbata semper atque æterna manens, nullius inimici contrarietate dissolvitur. Super *Psalm.* lxi.
72. Cum peccatores videntur locupletes, multisque dominari populis, et in mundo non esse quod timeant, putantur habere pacem; sed pax ista cum conscientia semper litigat, rixatur intrinsecus, et cum hostem non habeat, secum ipsa decertat. Super *Psalm.* lxxii, vers. 3 : *Pacem peccatorum videns.*
73. Pax vera est concordiam habere cum moribus probis, et litigare cum vitis. Super *Psalm.* lxxv, vers. 2.
74. Ubi pax est, in disputationibus veritas, in operibus justitia invenitur. Lib. 2 *Recoquit.*
75. Pax inter se invicem, res est longe optima. Lib. 2 *Stromat.*
76. Quies, pax, et tranquillitas, christianis propria est. Lib. 2 *Pedag.*, cap. 7.
77. Pax divina omnia conjungit, atque inter omnia concordiam connexionemque et gignit et absolvit. *De Divin. nomin.*, cap. 11.
78. Pace quid dulcius, quidve juvenundus esse potest. Super *Epist. ad Coloss.*, cap. 3, art. 13, in illud : *Pax Christi exultat.*
79. Pax difficulter acquiritur, facillitèque amittitur : necesse est eam inquirere : et adeptam diligentissime custodire. Super *epist. I Petri*, cap. iii, art. 6.
80. Custodia pacis thesaurus vere pretiosissimus est. *De Profectu spirit.*, art. 21.
81. Illi sunt vere pacifici, qui in omnibus in hoc seculo palliuntur propter amorem Domini nostri Jesu Christi, in animo et corpore pacem servant. In suis *Opusculis*, in *Admonit. ad fratres*, cap. 15.
82. Pax est janua dilectionis. Super *Epist. ad Ephes.*, cap. vi.
83. In pace principum quies, et regimen servatur Ecclesiarum. Super *I ad Timoth.*, cap. ii.
84. Quid est pax transitoria, nisi quoddam vestigium pacis æternæ? Quid ergo demeritis esse potest, quam vestigia in pulvere impressa diligere, et ipsam a quo impressa sunt non amare? Part. 3 *Pastor.*, cap. 1, admonit. 23.
85. Pax præsens ita tenenda est, ut et diligi

S. BASILIUS  
MAGNUS.

V. BEDA.

S. BERNARD.

S. BONAV.

S. C. SARITUS  
ABELATENS.

CASSIODOR.

S. CLEMENS  
PAPA.  
CLEMENS  
ALEX.S. DIONYS.  
AREOPAGIT.DIONYSIUS  
CAREBUS.S. FRANCIS.  
ASSISIENS.

GLOSS. ORD.

S. GREGOR.  
MAGNUS.

- debeat, et contemni : ne si immoderate diligatur, diligens animus in culpa capiatur. *Ibid.*
86. Bonum pacis ibi servabitur, ubi nihil potestati sed totum æquitate tribuitur. Lib. 12 in *Registro*, ind. 7, cap. 31, epist. 31, ad *Felicem episc. Siciliæ.*
87. Ad pacem Domini nequaquam pervenire potest, qui pacem Domini discordiæ furore rumpit. Hab. apud *Bedam*, in *Sciandis*, cap. 1.
88. Pax est quid pulcherrimum et utilissimum : discordia vero est quid turpissimum et damnosissimum. Orat. 20, de *Modestia.*
89. Nihil pace pretiosius est, nec fuit, nec erit. Epist. 2, ad *Chlidonum.*
90. Ubi pax illuxit, vitia omnia, que ex contrario confiantur evanescent. Orat. 1, de *Pace*, et hab. apud *D. Joan. Damasc.*, lib. 1 *Parall.*, cap. 18.
91. Vera pax nec jurgis immutatur, nec discordiis rumpitur, nec morte interveniente finitur, sed potius confirmatur. Serm. in *die Pent.*
92. Pax querenda est, ut bella fugiamus : nec sufficit eam querere, nisi inventam fugientemque omni studio persequamur. Epist. 4, ad *Rustic.*
93. Christianorum arma pax est, sed pax Christi, que exuperat omnem sensum. Super *Psalm.* cxxix, vers. ultimo.
94. Speciosum nomen est pacis, et pulchra est opinio unitatis. Lib. *contra Arianos et Auxent.*
95. Lingua quandoque pacem predicat, sed sæpius turbat : ubi enim lingua dissoluta discurret, pacem solvit. Lib. 3 de *Claustro animæ*, cap. 9.
96. Quanto justior eris, tanto pacatior mente. Super *Job*, cap. viii.
97. Pax cum servitute turpis est. Super *Isai.*, cap. xxxii.
98. Nihil præstantius pace Christi, qua frangitur abolereturque omne bellum, tam acriorum quam terrenorum spirituum. Epist. 44, ad *Ephes.*
99. Non potest unquam pacis integritas custodiri, ubi voluntatem diversitas invenitur. Collat. 46, *Abbat. Joseph.*, cap. 8.
100. Nihil pace præstantius, nihil contentione gravior. Homil. 36 super *Gen.*
101. Quamvis plurima pace externa quis fruatur, si intra se cogitationum tempestas nascatur et tumultus, nihil externa pax proderit illi. *Ibid.*, homil. 34.
102. Ubi pax est, tempestas nulla est, obscuritas nulla, nox nulla, tenebræ nullæ : est pax clara, modesta, simplex, idonea, fundata. Homil. super *Psalm.* cxxi.
103. Pacifici non solum dicuntur, qui inimicos in pace reconciliant : sed etiam illi, qui in immo-

S. GREGOR.  
NAZ.

HAYMO.

S. HIERON.

S. HILARIUS.

HUGO A S.  
VICTORE.

HUGO CARD.

S. IGNATIUS  
MART.S. JOANNES  
CHRYSTOST.res sunt malorum : ipsi diligunt pacem. *Prose.*

104. Multi enim sunt qui aliorum inimicos libenter in pace reconciliant; et ipsi inimicis suis nunquam eam corde reconciliantur : isti illi oses sunt pacis, non amatores.

105. Pax illa bestia, qua in corda reposita est, non in verbis.

106. Illius labia dolam loquuntur, qui pacem portat in labiis, et malitiam servat in corde.

107. Gloriosior es tu, sinocitus pacem pellicris, quam si vindictam desideraris. Homil. 9 super *Math. Oper. imperf.*

108. Est pax bona, est pax mala : pax bona est inter bonos, fideles et justos : pax autem mala est inter infideles et iniquos. *Ibid.*, homil. 26.

109. In pace labor est bene vivere, quia pax ipsa corruptrix est pietatis. *Ibid.*, homil. 31.

110. Pax mater est honorum omnium, ipsa causa est et materia gaudii. Homil. 2 super *Epist. ad Coloss.*

111. Pax humana ex non vindicta nascitur, ex eo quod nihil mali toleratur. *Ibid.*, homil. 8.

112. Deo ac divinis rebus propinqui sunt, quicumque pacis bonum amplexari cernuntur : ac contrario, hoc est dissidio, infensi atque infesti sunt. Lib. 1 *Parall.*, cap. 18.

113. Qui sine pace est, et sine quiete; veluti in inferno positus est. Serm. ad *Reg. Franc. de Pace*, consid. 4.

114. Qui odit pacem, ubicumque fuerit, nunquam pacifens erit. Lib. de *Regin. claustr.*

115. Nullum bonum subsistet ubi pax non est. Super *Prolog. Regule*, cap. 2, text. 8.

116. Pax vera est concordiam habere cum moribus probis, et litigare cum vitis. *Ibid.*

117. Magnum bonum est vera pax, sine qua nec totus mundus, quidquam prodest. *Ibid.*

118. Cum cetero pax in congregatione monachorum extincta fuerit, totus monastica disciplina vigor peribit. *Ibid.*

119. Ubi non est pax, nec Deus ibi adesse potest. *Ibid.*

120. Inchoatio pacis sanctorum est in hac vita, non possessio : tunc autem erit plenitudo pacis, cum ad Dei contemplationem absorpta carnis infirmitate convalescent. Lib. 1 de *Sum. bono*, cap. 26, sent. 1.

121. Pax vera ea est, que justitia et pietate cohonestatur. Lib. 3, epist. 246, ad *Petrum.*

122. Habet pax nostra pericula sua : et frustra de fide libertate securi sunt, qui vitiorum desiderii non resistunt. Serm. 6 *Equitan.*

123. Vera pax nutritrix est dilectionis, genitrix unitatis, requies beatorum, et æternitatis habitaculum. Serm. 6 de *Nativit.*

S. JOANNES  
DAMASCEN.

JOAN. GERS.

JOAN.  
TRITII.S. ISIDORUS  
HISPALENS.S. ISIDORUS  
PELUSIOTA.

S. LEO I.



424. Vera pax est, a Dei voluntate non dividi, et iis solis quae Deus diligit, delectari. *Ibid.*, serm. 9.

425. Tunc est vera pax hominis, et vera libertas, quando caro animo iudice regitur, et animus Deo praeside gubernatur. Serm. 1 *Quadrag.*

426. Minus bonum videri solet, pax continuata per otium, quam reddita per laborem. Epist. 63, ad Theodoret. episc. Cyri.

LUGOV. BL. 127. Qui modo multa pace male gaudent, magis postmodum pressuris affligentur. In *Apology pro Thaulero*, cap. 7.

S. PETRUS  
CHRYSOLOG. 128. Pax est voluntas Dei, iuenditas Christi, perfectio sanctitatis, iustitiae regula, magistra doctrinae, morum custodia, in rebus omnibus laudabilis disciplina, suffragium precum, supplicationum facilis atque impetrabilis via, desideriorum omnium competens plenitudo, dilectionis mater, concordiae vinculum, purae mentis indicium manifestum. Serm. 53.

429. Pax sibi exigit de Deo quod velit: quae quidquid voluerit, petit: quidquid petierit, sumit. *Ibid.*

430. Plantare pacem radicatus, est Dei: evellere penitus, inimici. *Ibid.*

431. Custodienda praeter omnibus virtutibus pax est, quoniam Deus semper in pace est. *Ibid.*

432. Pax charitatis fecunditas nutritur uberibus, alumna est fidei, columna iustitiae, spei pignus futurae idoneum, praesentes sociat, absentes invitat, terrena coelestibus, et divinis humana conciliat. *Ibid.*, serm. 139 de Pace.

PBILO JUD. 433. Pax quamlibet damnosa, bello utilior est. Habet apud D. Joan. Damasc., lib. 1 *Parall.*, cap. 18.

PRUDENT. 134. Pax plenum virtutis opus, pax summa laborum, pax belli exacti pretium est, pretiumque periculi.

In *Psychomach. de concord. et discord. pugna*, vers. 100.

5. SYNESIUS  
EPISC. 135. Soli illi pacem colere licet, qui laescentes ulcisci ac male afficere potest. De Regno ad Arcadium imperat.

136. Cum bello pax felicius sit, quoniam pacis causa bellum instituitur, finis ius, quae sui causa sunt, merito anteponendus est. *Ibid.*

THOMAS  
A KEMPIS. 137. Pax vera et perfecta requies est in caelo, non in terra: quia hic omnia sunt in motu et timore, et frequentis pressura. Serm. 5 ad Novit., divis. 5.

138. Non est pax in corde hominis carnalis, non in homine exterioribus dedito, sed in fervido et spiritali. Lib. 1 de *Imit. Chr.*, cap. 6.

139. Tene te primo in pace, et tunc poteris alios pacificare. *Ibid.*, lib. 2, cap. 3

## PECCATUM IN GENERE.

## SENTENTIA PAGANORUM.

440. In pace bellum quaeritas, in bello pacem desideras. Lib. 4 de *Arte rhetor. ad Herenn.*

441. Pacem cum hominibus habes, cum vitis bellum. De *Moribus*.

442. Sicut placidum mare ex aspero, caelumque ex nubilo serenum hilari aspectu sentitur: sic bellum pace mutatum, plurimum gaudii affert. Lib. 4 *Dictor memorabil.*, cap. 2.

Vide etiam tit. *Detractio*, sent. 42; *Discordia*, sent. 7; *Lex in genere*, sent. 27; *Militio*, sent. 35; *Patientia in genere*, sent. 101; *Persecutio*, sent. 101; *Placere*, sent. 90; *Probatio*, sent. 22; *Proditio*, sent. 17; *Schisma*, sent. 16; *Via*, sent. 58; *Visio Dei*, sent. 21.

## PECCATUM in genere.

Definitio. Peccatum est praevicatio legis divinae, et coelestium inobedientia preceptorum. De *Paradiso*, cap. 8.

Recte peccatum omne appellatur, quod aliter fit quam probatum est. Super *Epist. ad Rom.*, cap. xiv.

Peccatum nihil aliud est, quam neglectis rebus aeternis, temporalia quasi magna et miranda sectari. Lib. 1 de *Lib. arbit.*, cap. 16.

Peccatum est voluntas retinendi vel consequendi quod iustitia velat, et unde liberum est abstinere. Lib. 1 *Retract.*, cap. 15.

Peccatum est inordinatio atque perversitas, id est, a praestantiore Conditore aversio, et ad condita inferiora conversio. Lib. 1 de *Diversis quaest. ad Simplician.*, quaest. 2.

Peccatum est factum, vel dictum, vel concupitum aliquid contra aeternam legem. Lib. 22 *contra Faustum*, cap. 27.

Peccatum non est appetitio naturarum malarum, sed desertio meliorum. De *Natura boni*, cap. 34.

Peccatum est ab eo quod est secundum naturam, in id quod est praeter naturam, conversio. Part. 4, *Centiloquii*, sect. 3.

Peccatum est defectus quidam a luce veritatis, naturam non perimens, sed obscurans. *Ibid.*

Peccatum est recessus ab omni boni complemento, et perfectione. *Ibid.*

Peccatum est spreto bono incommutabili, rebus commutabilibus adherere. *Ibid.*

Peccatum est carentia debita iustitiae, facta per inobedientiam propriae voluntatis. *Ibid.*, sect. 5.

Peccatum est aversio ab incommutabili bono, et ad bonum commutabile conversio. *Ibid.*

Peccatum est mala soboles ab homine voluntarie propagata. *Cateches.* 2.

Nihil est aliud peccatum, quam ordinatorum rerum inordinata rationalis creature dilectio,

CICERO.

SENECA.

VALENIUS  
MAXIMUS.

S. AMEREO.

S. AUGUST.

ARISTOTEL.

CICERO.

PLATO.

S. BONAV.

S. EDMUND.

S. BONAV.

GLOSS. ORD.

S. GREGOR.  
MAGNUS.S. CYRILLES  
HIEROSOL.

S. FULGENT.

## PECCATUM IN GENERE.

## PECCATUM IN GENERE.

quae sponte perdendo dilectionis ordinem, perdit et salutem. Lib. 1 ad *Monimum*, cap. 20.

S. JOHANNES  
DAMASC. Nihil aliud est peccatum, quam aberratio et aversio a lege Domini. De *duobus Christi voluntatibus*.

S. PROSPER.  
&  
S. AUGUST. Nihil aliud est omne peccatum, nisi Dei contemptus, quo ejus praepcepta calcantur. Lib. 3 de *Vita contempl.*, cap. 2.

THEOPHIL.  
LACTUS. Peccatum est ignava et corrupta voluntas, et impetens ad id quod deterius est. Super *Epist. ad Rom.*, cap. vii.

S. THOMAS  
ACQUINAS. Peccatum dicitur omnis defectus actionis, quia importat deordinationem. Super *Epist. ad Hebr.*, cap. viii, lect. 3.

Peccare est voluntate averti a Deo. Part. 1, quaest. 94, art. 1.

Peccare nihil est aliud quam declinare a rectitudine actus, quam debet habere. *Ibid.*, quaest. 63, art. 1.

Peccare nihil aliud est quam deflere a bono. 1, 2, quaest. 109, art. 2.

Peccare nihil aliud est quam rem agere deteriores. Sect. 19, *Problem.*, quaest. 20.

Peccare est tanquam transire lineas, quod cum feceris, culpa commissa est. De *Paradoxis*, cap. 4.

Peccatum est intemperatus vitiosusque excessus, morbus, pestis, et injustitia. Sisygia 4, de *Legibus*, lib. 10.

Peccatum est actio praeter rectam intentionem. Sisygia 6, de *Definit.*

S. BONAV. *Divisio*. Tria sunt genera peccatorum: ex infirmitate ex ignorantia, et ex iniquitate. Super *Psal.* xxxv.

S. EDMUND. Septem sunt peccata mortalia: superbia, invidia, ira, avidia, avaritia, gula, luxuria. In *Speculo ecclesiae*, cap. 8.

Bene dicuntur mortalia, nam tria prima miserum peccatorem captivum spoliant: quartum ipsum verberat: quintum eum prostermit: sextum illum decipit: septimum in servitutem redigit. *Ibid.*

GLOSS. ORD. Tribus modis peccatur: ex infirmitate, ex ignorantia, ex studio. Super *Job*, cap. xxxiv, *Prosec.*

Ex infirmitate peccare, est amare bonum, sed implere non posse: ex ignorantia, est nescire: ex studio vero peccare, est hominum nec facere, nec amare. *Ibid.*

Tribus modis impletur omne peccatum: suggestionem, delectationem, consensu: suggestio fit per diabolum, delectatio per carnem, consensus per spiritum: in suggestionem, peccati semen est: in delectationem fit nutrimentum; in consensu, perfectio. Lib. 12, in *Registro*, indict. 7 super 41. Interrogat., cap. 11.

Duobus modis peccatum committitur, aut vi cupiditatis, aut metu timoris: dum vel quisquis vult adipisci quod cupit, vel timet ne incurrat quod metuit. Lib. 2, de *Suavitate bono*, cap. 17, sent. 1.

Quatuor modis committitur omne peccatum in corde: suggestionem daemonum, delectationem carnis, consensione mentis, defensione elationis. *Ibid.*, cap. 17, sent. 2.

Quatuor modis perpetratur peccatum ex opere: nunc latenter, nunc palam, nunc consuetudine, nunc desperatione. *Ibid.*

Tribus modis peccatum geritur: ignorantia, infirmitate, industria. *Ibid.*, cap. 17, sent. 3, *Prosec.*

Gravissimum est infirmitate, quam ignorantia quem delinquere: gravissimum est industria, quam infirmitate peccare. *Ibid.*

Differentia. Mortale peccatum triplici ratione distinguitur: mortale est, quod a quovis non potest committi sine grandi corruptione sui, sine gravi laesione proximi, sine magno contemptu Dei. Caetera omnia mihi videntur venialia. *Prosec.*

Veniale peccatum est reatum, cui quantum est in se, solum fide meditante nunquam debetur aeterna damnatio.

Mortale peccatum est reatum, cui quantum est in se, solum semper debetur aeterna damnatio. Part. 1, de *Differentia peccati*.

Peccare in Patrem, est peccare per impotentiam: peccare in Filium, est peccare per ignorantiam: peccare in Spiritum sanctum, est peccare per malitiam. Part. 1, tract. 2, de *Statu interior. homin.*, cap. 3.

Aliud est vitium, aliud est peccatum. Vitium est ipsius naturalis boni, etiam invitit defectus; peccatum vero est tentantis mali spontaneus consensus. *Prosec.*

Vitium est corruptio naturae, ex qua fit prona et cupida illius etiam mali saepe, qui tamen consentire nolit: peccatum vero est perversio industriae, per quam saepe illi etiam malo sponte consentit, qui facile resistere potuit. *Ibid.*, cap. 8.

Aliud est non peccare amore dilectionis Dei, aliud timore supplicii. *Prosec.*

Qui enim amore charitatis Dei non peccat, horrescit omne malum amplectendo justitiae bonum: nec eum delectat peccatum, etiam si secularis impunitas promittatur.

Qui vero solo supplicii timore in se vita reprimat, quamvis non expleat opus peccati, vivit tamen in eo vitiis peccandi, doletque sibi illicitum, quod lex prohibere dignoscitur. Lib. 2, de *Sum. bono*, cap. 21, sent. 1.

S. ISIDORUS  
HISPALENSIS.RICHARDUS  
A S. VICT.

S. ISID. HISP.